



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 633. Usque Ad Annum 726

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1760

VD18 90117840

Liber XLI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66082](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66082)



HISTORIA
ECCLESIASTICA.
LIBER XLI.

S. SERGIUS PAPA.
TIBERIUS III. IMPERATOR. CUNIBERTUS,
REX LONGOBARDORUM.

§. I.

S. Willebrordus in Frisia.

Sancto Willebrordo, ceterisque Mis- Sæculum VII
sionis sociis Anglis piissimus labor in A. C. 696.
Conversione Frisonum sub Pipini Se-
nioris, Majoris Domus, præsidio feliciter *Sup. Lib.*
sucedebat. Cum eum Pipinus anno *XL. §. 46.*
Bed. V. hist.
Mm 4 circi- c. 12.

Sæculum VII circiter 692. Romam misisset, ut, accepta a Sergio Papa Apostolica Benedictione, Reliquias afferret, in Ecclesiis, quas destructis Idolorum templis ædificaturus erat, deponendas, inde reversus, Fidem Frisonibus, qui Francis parebant, ut antea prædicavit. Exinde iterato Romam cum donis & Epistolis Pipini, qui Papam rogabat, ut eundem Frisonum Genti Episcopum daret, profectum Sergius Papa Archiepiscopum Frisonum in Ecclesia S. Cæciliæ, Die huic S. Virgini sacra vigesima secunda Nov., anno 696., consecravit. Pallium quoque dedit, & mutato barbaro Willebrordi nomine Clementem appellavit; sed nihilominus sub pristino nomine magis notus est. Confestim ad populum suum redire a Pontifice iussus (quippe non ultra quatuordecim dies Romæ morari licuit) a Pipino obtinuit Civitatem, quam veteres incolæ Wildburgum, Gallo Romani autem Trajectum dicebant, ubi Sedem Episcopalem erigeret. Ibi igitur S. Willebrordus ædificata Ecclesia titulo S. Salvatoris Sedem suam fixit, cumque maximum Infidelium numerum circumquaque quinquaginta Prædicationis suæ annis convertisset, plures alias Ecclesias & aliquot Monasteria fundavit, novosque Episcopos ordinavit.

v. l. S. Vill.
per Alcuin. c.
7. to. Act. B.
Anast. inter.

ep. 97. Bonif.
ad Steph.
Pap.

Sancto.

Sanctorum virorum in Frisia Fidem Sæculum VII
 prædicantium exemplo tracti duo Pres- A. C. 696.
 byteri Angli, antehac diti in Hibernia Bed. V. hist.
 commorati, in Germaniam trajecerunt c. II.
 ad illos populos convertendos, quos ve-
 teres Saxones appellabant, quia olim ex
 illis Regionibus in Angliam navigave-
 rant. Hi Presbyteri ambo Evaldus vo-
 cabantur; hinc, ut distingui possent, u-
 nus Candidus, & alter Niger a capillo-
 rum colore cognominabatur. Cum ad Candidus &
 quemdam virum prædiis Regiis præfe- Niger Mar-
 ctum divertissent, rogarunt, ut se ad Re- tyres.
 gionis illius Principem deduci juberet;
 quod ille facturum se recepit, & aliquot
 diebus hospites distinuit. Interim ad-
 verterunt Barbari, Religionem duorum
 Advenarum a cultu Deorum suorum esse
 alienam; quippe Psalmodiæ & Orationi
 jugiter incumbabant, & quotidie San-
 ctum Sacrificium Deo offerebant, por-
 tantes secum Vasa sacra, & Tabulam
 consecratam, quæ ipsis Altaris loco erat.
 Hic primo, quod sciam, Altare portatile
 memoratur. Barbari igitur veriti, ne,
 si Advenæ in conspectum Principis ad-
 mitterentur, eum ad Christiana Sacra
 traducerent, & sensim tota Regio pa-
 triam Religionem abjicere cogeretur,
 hospites derepente invadunt, & trucu-
 lenter necant. Et quidem Evaldum
 candidum gladio confoderunt, Evaldum
 M m 5 vero

Sæculum VII
A. C. 696.
vero nigrum longis & horrendis tormen-
tis interemerunt; qua crudelitate ad
Regionis Principem delata, usque adeo
ira accensus est, quod duo viri exteri ad
alloquium suum non potuerint perveni-
re, ut missis satellitibus pagum flammis
vastari & incolas internecone deleri
jussit. Martyrum corpora in Rhenum
projecta, & luce prodigiosa, quam Inter-
fectores suis oculis viderunt, manifesta,
Mart. Rom. Pipino jubente Coloniam honorifice
5. Octob. translata sunt.

vit. c. 9.
S. Willebrordum in illam quoque Fri-
siæ partem, in qua Radbodus imperabat,
ad prædicandum Evangelium delatum,
ille quidem honorifice excepit, sed Do-
ctrinæ veritatem noluit agnoscere. Er-
go S. Episcopus ad Danos migravit, fe-
rocissimum populum, cui tunc impera-
bat Ungendus, homo cunctis belluis tru-
culentior. S. Virum tamen honore pro-
secutus est, at fidem prædicanti non ad-
hibuit. Itaque, cum S. Willebrordus
nihil se agere in illa Regione intelligeret,
fatis ei visum, inde triginta adolescen-
tes secum abducere, & in Franciam re-
dire. Veritus deinde, ne tam longo i-
tinere aliquis eorum periret, in Fide e-
ruditos baptizavit. In finibus Danorum
& Frisonum, ad Albis Fluvii ostia, Insu-
la erat, tunc a nomine illius Numinis,
quod ibi colebatur, Fositea dicta. Hanc
Infi-

c. 10.

Infideles tanto tremore verebantur, ut nec animalia, quæ in pinguibus pascuis alebantur, capere, nec ullam vocem, cum ex fonte, quo Insula irrigabatur, aquam haurirent, emittere auderent. Vir Sanctus tempestate in eam Insulam conjectus, & triduo expectans ventum opportunum ibi commoratus, tres homines in illo temporis spatio baptizavit, & aliquot animalia iussit occidi, quorum carnes cum suis comedit. Pagani expectatione suspensi non dubitabant, fore, ut qui ex his carnibus manducaverant, subito exanimis corruerent, aut saltem extremæ rabie exagitarentur. Cum vero cernerent, nihil mali illis accidere, attoniti prodigium ad Ducem Radbodum deferunt. Ille, ut læsum Deorum suorum honorem vindicaret, pro antiqua Germanorum superstitione per dies tres ter super S. Episcopum & Socios ejus sortes mitti jubet; ceciditque fors super unicum, qui Martyrium passus est. Radbodus deinde accersito Viro Sancto acerbe exprobravit, quod Deos suos contemneret, sed Viri constantiam admiratus, eundem ad Pipinum honorifice remisit. Itaque Sanctus Episcopus non cessavit Verbum Dei in Frisia Francica prædicare. Multa etiam de eo referuntur miracula; nam cum in Insula, populi illius lingua *Walqueren* dicta, Idolum aliquod

Sæculum VII
A. C. 696.

c. II.

*Tac. de mor.
Germ.*

c. 14.

Sæculum VII aliquod comminere vellet, vir, cui Dei
 A. C. 696. illius custodia commissa erat, Sanctum
 Episcopum ense feriit in capite, nullo ap-
 parente vulneris vestigio, & illis, qui San-
 ctum Virum comitabantur, audax faci-
 nus percussoris morte punire volentibus,
 obstitit Episcopus, & ex eorum manibus
 hunc Deorum cultorem eripuit, quem
 nihilominus post triduum triste fatum
 abstulit. (*)

§. II.

(*) Die Anmerkungen unsers Protestanten wer-
 den immer elender und verworrener. Hier sagt
 er: Vermuthlich war er vorher unter den
 Händen seiner Ueberwältiger so zugerichtet
 worden 2c. Wer fraget nach dem Vermuthen
 eines solchen Uebersetzers. Ferner heisset es:
 Denn das Amt eines Predigers führte er
 (der heilige Willebrord) nicht auf eine aposto-
 lische Art. Wenigstens ist die Entführung
 der dreyßig schönen Kinder, eine That, die
 einem Apostel nicht geziemet, und er hätte
 vorlieb nehmen müssen, wenn ihn der grau-
 same Ongenda mit einem Staupbesen be-
 gnadiget hätte. Jedoch er glaubte vielleicht,
 daß er Gott einen Dienst damit leistete
 und das vorhin beschriebene Toletanische
 Concilium hatte es ja für recht erkannt, den
 Juden ihre Kinder . . . wegzunehmen und
 zu Christen zu machen. Es ist gar nicht wahr-
 scheinlich, daß der heilige Mann diese Kinder
 heimlich und wider den Willen ihrer Eltern habe
 auf

§. II.

Sæculum VII

A. C. 696.

S. Wulframus.

Sancti Willebrordi fama etiam S. Wulframum in Frisiam pertraxit, pii operis participem fieri cupientem. S. Wulframus in lucem editus erat Mauriliaci, quod hodie *Milly* dicunt, in agro Vastiniensi, cujus Parens ejus Dominus fuit.

Hos

c. 16. 17. *Es II*
vit. to. III.
Act. SS. Be.
p. 357.

aus dem Lande entführen können, und also rühret diese Muthmassung nur von der bösen Art zu Denken unsers Uebersetzers her.

Wir haben auch oben angemerket, daß dasjenige was in den Concilien in Spanien verordnet worden, mehr auf Befehl der Könige und der Großen als der Geistlichkeit geschehen sey, da doch der schmähsüchtige Uebersetzer alles nur den Katholischen Bischöffen zur Last legen will. Zu dem waren diese Juden einer Verrätherey wider das Vaterland überführet worden. Uebrigens lehret man in der Römischen Kirche nicht, daß man den Heyden ihre Kinder mit Gewalt nehmen soll, um sie zu taufen.

Allein unser Protestant verhöhnet alle Glaubensprediger, welche ihren Beruf von der Römischen Kirche und den Päbsten bekommen, und kann gleichwohl keine andere als solche durch alle Jahrhunderte darstellen und namhaft machen. Folglich wenn die Papistischen Prediger nicht Apostolisch gewesen, so müßte Christus der Herr wegen der Fortpflanzung des Glaubens seiner Kirche schlecht vorgesehen haben.

Sæculum VII
A.C. 696.
Sup. L. XL.
S. 35.

Hos Fundos anno 685. Monasterio Fontanellensi donavit. Tum defuncto Lamberto anno circiter 690. Archiepiscopus Senonensis electus, postquam hanc Ecclesiam aliquot annis rexisset, inspirante Deo ad suscipiendum in Frisiam iter, Verbi Divini prædicandi causa, animum adjecit. Primum Rothomagum profectus est ad S. Ansbertum, qui, olim Abbas Fontanellensis, adhucdum illius Congregationis Pater habebatur; inde evocatis quibusdam Monachis itineris & Prædicationis in Frisia sociis futuris S. Wulframus conscensa in portu ejusdem Monasterii navi ex Sequana in Oceanum delatus est. Cum oras Morinorum, hodie Flandriæ, præterveherentur, & hora Sacri Sacrificii offerendi adesset, jactis anchoris sistitur navigium. S. Episcopo Missam celebrante, cum ventum esset ad illum locum, ubi Diaconus Patenam Sacerdoti porrigit, eoque ad eam accipiendam manum extendente, Diaconus, nomine Vandon, Monachus Fontanellensis, cujus Monasterii postea Abbas fuit, ad ipsius pedes se demittens factus est, quod Patena, quam erat abluturus, sibi paulo ante e manibus excidisset in mare. S. Wulframus flexis genibus oravit, tumque præcepit Diacono, ut in loco, in quo Patena cecidisset, manum aquæ immergeret; mox illa e fundo maris ascendens
Diaco.

Diaconi digitis ultro inserta est. Præ-
sentes omnes Deum laudarunt, & S. E-
piscopus Missam absolvit. Hæc Patena
Fontanellæ asservatur, quam illi Mona-
sterio, cum votum Monasticum emitte-
ret, donavit; Item Calicem suum & Al-
tare, quod in quatuor cornibus conse-
cratum & in medio Reliquias habens,
quotiescunque iter faciebat, secum de-
ferebat, eidem Monasterio dono reli-
quit.

Sæculum VII
A. C. 696.

Ubi in Frisiam appulit, benevolas In-
fidelium aures inveniens, multos con-
vertit. Inter alios Radbodi Ducis filium
baptizavit, qui, necdum deposita veste
candida, mortuus est. Mos erat inter
hos Barbaros, ut illum hominem in Deo-
rum suorum honorem interficerent, S. Wulframus
quem sibi sacrum esse velle crudelia Nu-
mina missis sortibus indicassent. Cum
una die Juvenis nomine Ovon ad mor-
tem nefandam duceretur, rogabat Wulf-
ramus Ducem Radbodum, ut misero vi-
tam servaret; jamque annuebat Dux,
nisi obstitissent Idololatræ dicentes: *Si
Christus tuus eum a morte liberare pot-
est, tuus sit iste, quoad vixerit.* Viro
Sancto conditionem acceptante suspen-
ditur Ovon, & duabus horis e patibulo
pependit. Interim orabat Sanctus, at-
que oratione completa, rumpitur funis,
delabatur in terram Ovon, & compellan-
te

te

Sæculum VII te S. Episcopo incolumis humo se erigit.
A. C. 696. Is fatebatur deinde, quod, cum penderet, somno oppressus, & cingulo S. Vini circa lumbos sustineri sibi visus fuerit. In postea baptizatus, & in Monasterio Fontanellensi Monachus & Presbyter factus, ibi post obitum suum multos Titulos & Libros sua manu descriptos reliquit. Literas enim pulcherrime efformabat.

c. 8. Multos præterea alios S. Wulframus e mortis faucibus eripuit. Quadam die fors cecidit in cuiusdam viduæ filios, alterum septennem, & quinquennem alterum. Hi plusquam barbara sævitia maris undis tumulandi erant, nam diverso mortis genere miserandæ victimæ immolabantur. Ergo duo pueri in arena exponuntur, unde redeunte maris aestu in altum provolverentur. Jamque, aquis ascendentibus, major minorem fraterculum suis brachiis complexus fluctibus eripere adnitebatur, spectabantque ipse Dux & innumerabilis populi multitudo colluctantes cum undis missellos & innocentes nullo humanitatis sensu tacti. Tunc vero S. Wulframus Ducis lateri admotus pueros sibi dari rogavit. Respondit Dux: *Si Christus tuus eos morti eripere potest, tui sint.* Hoc responso accepto S. Episcopus preces ad Cælum fudit; & ecce! exæstuans mare locum, ubi pueri jam jam obruen-

di stabant, siccum reliquit. Processit ad eos Vir Sanctus, utrumque manibus prehensens matri afflictæ reddidit, & baptizavit. Crediderunt S. Wulframum super aquas ambulasse, & magna hominum multitudo ad Fidem conversa est.

Sæculum VII

A. C. 698.

§. III.

S. Ansberti obitus.

Sanctum Ansbertum Archiepiscopum Rothomagensis Adversarii suspectum reddere conabantur Pipino Principi, quod in lite de Regno dividendo inter ipsum & Optimates exorta Pipino non favisset. Id anno 692. contigisse credunt. Hinc Theodorico Rege fati functo Pipinus S. Episcopum in Monasterium Aumontense ad Sabim in Hannonia relegavit, ubi assidue jejunans & orans exemplum virtutis Monachis præbuit, & ad ipsorum utilitatem non nullos Tractatus spirituales scripsit, qui non amplius extant. Cum vero sciret, Pipinum a quibusdam sollicitari, ut se in locum multo remotiorem proscriberet, misso ad eum Hadulfo Aumontii Abbate, tam claris argumentis facta sua purgavit, ut ei Pipinus ad Dicecesim suam redire concesserit. Ecce autem dum ad iter suscipiendum omnia parat, mortem sanctam oppetiit, anno Childeberti III. quarto, reparatæ salutis 698. Defuncti

*vit. S. Ansb.
to, 2. Act. Be.*

Hist. Eccles. Tom. IX.

Nn cor.

Sæculum VII corpus, vestibus Pontificalibus, quibus
 A. C. 698. indutus ad Altare procedere solebat, or-
 natum, & ad Monasterium Fontanelle
 se reuectum est. Ecclesia ejusdem Me-
 moriam 9. Februarii honorat.

Mart. Rom.
 9. Febr.

§. IV.

Concilia in Anglia.

In Anglia S. Britoaldus Archiepiscopus
 Cantuariensis aliqua celebravit Con-
 cilia. Primum est Concilium Becancel-
 dense anno 694., cui Tobias Episcopus
 Rosensis cum Abbatibus & Abbatibus,
 Presbyteris, Diaconis, Optimatibus, &
 Vitredo Rege Cantii, interfuit. Pro-
 misit Rex se Libertatem & Immunita-
 tem Ecclesiarum & Monasteriorum con-
 seruaturum, nec passurum, ut quisquam
 eorum Bona usurpet, aut Electiones Ca-
 nonicas impediatur. Profitetur etiam,
 quod regere Ecclesias, atque eligere &
 confirmare Episcopos, ad officium Epi-
 scopi Metropolitanum pertineat. Alterum
 Concilium, cui S. Britoaldus præfuit,
 Bergamstedæ anno Regis Vitredi quinto
 id est Christi 697. celebratum. Adhue
 Gybmundus Rosensis cum aliis Viris
 Ecclesiasticis & Rex comitantibus Sarr-
 pis. In illo Concilio viginti & octo Ca-
 nones conditi, qui etiam Leges (*) dici
 possunt.

to. 6. Conc.
 p. 1356.

to. 6. Conc.
 p. 1377.

(*) His Canonibus præfixus est Titulus: *Hæc
 sunt Judicia Withredi Regis Cantuariorum*
 Conc. Tom. III. p. 1812.

possunt, cum editi sint concurrente u-
 traque Potestate tam sæculari quam spi-
 rituali, & præter pœnas spirituales, e-
 tiam multæ, aliæque pœnæ temporales
 injungantur. Ceterum Sanctitas & Li-
 bertas Ecclesiarum conservatur. Pu-
 niuntur Adulteri, illique, qui Die Do-
 minica laborant, qui Dæmonibus sa-
 crificant, qui in diebus Jejunii carnes
 manducant. Præscribitur Formula præ-
 standi juramentum, a cujus vero præ-
 statione tam Episcopus quam Rex exi-
 muntur.

Sæculum VII
 A. C. 698.
 6.1.2.3.4 & c.

§. V.

Sergii Obitus. Joannes VI. Papa.

Romæ Sergius Papa suis exhortationi-
 bus reduxit ad unitatem Ecclesiæ
 Archiepiscopum Aquilejensem & ejus
 Episcopos Suffraganeos, qui in aliquo
 Concilio habito ex ignorantia Concilium
 quintum recipere recusabant. Multas
 reparavit, ornavitque Ecclesias. Præter
 alia perfici jussit Thymiamaterium au-
 reum majus cum columnis suis & oper-
 culo, in quo, dum celebrabantur Missæ
 solemnæ, Diebus Festis Incensum cre-
 mabatur. Corpus S. Leonis Papæ ex
 abdito Secretarii Ecclesiæ S. Petri, ubi
 latebat, tumba diligentius elaborata, in
 loco publico dictæ Ecclesiæ reposuit. I-
 dem Papa jussit, ut in Missa Agnus Dei
 Nn 2 canta-

Paul. Diacon.
 VI. hist. c. 14.

Sæcul. VIII.

A. C. 701.

Sup. Lib.

XXXVI.

S. 15.

ap. Baro. an.

701. n. 9.

Sup. L. XL.

S. 39.

cantaretur illo temporis spatio, quo Hostiæ frangebantur, ad illud enim, ut diximus, aliqua morula opus erat. Præterea S. Sergius publicas preces instituit, jussitque, ut populus a S. Adriano exiret, & ad S. Mariam procederet in quatuor Festis, nempe Annunciationis, Nativitatis S. Virginis, Dormitionis, id est, beatæ mortis, in Festo S. Simeonis, quod Græci *Hypapanta*, id est, occurfus, & nos Virginis Purificationem appellamus. Inde videre est, quam antiqua consuetudo sit, hæc Festa celebrandi. Item S. Sergius ad diversa loca ordinavit Episcopos nonaginta septem, & inter alios Damianum Archiepiscopum Ravennatensem. Una ordinatione Mense Martio creavit Presbyteros octodecim & Diaconos quatuor. Sacram Sedem tenuit annis tredecim & novem ferme mensibus, sepultusque est ad S. Petrum vigesima octava Sept. anno 701. Indictione decima quinta, Tiberio Apsimaro regnante. Ex eius Epitaphio dispicimus, Sergium non ante fuisse receptum Papam, quam defuncto Theodoro ejus æmulo; item Roma fuisse pulsum, (*) & annis septem exulem, interim

Pellitur Urbe Pater, pervadit Sacra Joannes.
Romuleosque greges dissipat ipse lupus.
Exul erat patria septem volventibus annis,
Post populi multis urbe redit precibus.
Manlius.

interim Antipapa, cui nomen Joannes, Sæcul. VIII. A.C. 701.
 Sacram Sedem occupante, Sergium dein-
 de rediisse, populo vehementissime in-
 stante, atque consecratum & Sedi suæ
 restitutum Usurpatores secundum Cano-
 nes excommunicasse.

Sergio Papa defuncto, cum S. Sedes
 uno mense & viginti ferme diebus va-
 casset, electus est Joannes VI. Nazione *Anast.*
 Græcus, qui annis tribus, duobus men-
 sibus, & diebus duodecim sedit, impe-
 rante Tiberio. Unica Ordinatione Pres-
 byteros novem, Diaconos duos, & per
 diversa loca Episcopos quindecim crea-
 vit. Ipso sedente Theophilactus Impe-
 ratori a cubiculis, Patricius, & Italiae
 Exarchus, ex Sicilia Romam venit; qua-
 re comperta, Milites totius Italiae tu-
 multuatim Romam convolant, Theophi-
 lacti perniciem molituri. Sed medium
 se dedit Pontifex, portas Civitatis clausit,
 Episcopos ad castra, ubi milites conve-
 nerant, misit, & hortatu suo paterno Se-
 ditionem coërcuit. Haud multo post
 tempore Gisulfus Longobardorum Dux *Id. & Paul.*
 Beneventanus Campaniam vastavit, ne- *Diac. VI.*
 mine obsistente, rapinis & incendiis o- *hist. c. 27.*
 mnia miscens, multis in diram captivita-
 tem abstractis. Tunc vero Pontifex
 missis Episcopis cum magna pecuniæ vi,
 ex Thesauris Ecclesiæ Romanæ exprom-

Sæcul. VIII. pta omnes captivos redemit, & Gifulfum
 A. C. 701. fum copiasque ejus terga vertere coegit.

§. VI.

Monasteria, Farfense, & S. Vincentii.

Gifulfus, cujus hic meminimus, locum illum donavit, in quo deinde Monasterium S. Vincentii a tribus viris nobilibus Beneventanis, quorum nomina Palidon, Tason & Taton, ex duobus fratribus genitis, fundatum est. Eos Perfectionis Evangelicæ desiderium impulit, ut relicta patria & divitiis suis ad lustranda Galliæ Monasteria iter susciperent. Abeuntes parentibus dixerunt, se Romam ire; quo etiam primo se contulerunt, cum equis & servulis, quos viros præclara Stirpe ortos decebant, domo profecti. At Provinciæ suæ fines egressi, famulos & equos remiserunt, dicentes, se votum concepisse, quod solipedibus Romam ire vellent. Deinde vestibus pretiosis, quas gerebant, omnium quibusdam mendicabilis datis, ipsorum centonibus se contexerunt.

Ad Monasterium Farfense in Regione Sabinorum pervenientes ab Abbate, cui nomen Thomas, magna Charitate excepti sunt. Is natione Gallus in Valle Mauriensi natus, postquam fuisset Presbyter

Ant. SS. ut relicta patria & divitiis suis ad lustranda Galliæ Monasteria iter susciperent. Abeuntes parentibus dixerunt, se Romam ire; quo etiam primo se contulerunt, cum equis & servulis, quos viros præclara Stirpe ortos decebant, domo profecti. At Provinciæ suæ fines egressi, famulos & equos remiserunt, dicentes, se votum concepisse, quod solipedibus Romam ire vellent. Deinde vestibus pretiosis, quas gerebant, omnium quibusdam mendicabilis datis, ipsorum centonibus se contexerunt.

Ben. to. 3. p. 415.

ib. p. 285.

byter creatus, Jerosolymam profectio- Sæcul. VIII.
 nem suscepit, Sacra Loca visurus. Ibi A. C. 701.
 tribus annis commoratus continuo Deum
 orabat, ut sibi Divinam suam volunta-
 tem manifestaret. Tandem ipsi in somno
 objecta est Persona, miræ pulchritudinis
 panem manu tenens, & dicens: *acci-*
pe hunc panem, discede, & scito, eum ti-
bi nunquam defuturum. Igitur in Ita-
 liam reversus & in Regione Sabinorum
 subsistens, Faroaldi, Ducis Spoletani au-
 xilio in loco, qui Auctianus dicebatur,
 Monasterium fundavit. Jam Sæculo sex-
 to S. Laurentius Episcopus Spoletanus, *Act. to. I.*
 cognomento Illuminator, quod quibus- *p. 131.*
 dam hominibus cæcis lumen reddidisset,
 in illo loco Monasterium Farfense extru-
 xerat, ubi beato fine quievit. Ecclesia
 S. Virginis honori sacra erat; sed Tho-
 mas Monasterium desertum & Ecclesiam
 collapsam inveniens omnia restauravit,
 atque exinde istud Monasterium admo-
 dum opulentum & celeberrimum exti-
 tit; dicunt, Ecclesias ultra sexcentas ei-
 dem fuisse subjectas. Ceterum hæc Fun-
 datio a plerisque ad annum 680. refer-
 tur, Thomas vero, postquam ibi annis
 triginta quinque præfuisset, anno 715.
 decimo Dec. e vita migravit.

Talis ergo fuit venerabilis Thomas,
 qui tres Agnatos Paldonem, Tasonem, &
 Tatonem ad se divertentes excepit. Cum
 Nn 4 eis

Sæcul. VIII.
A. C. 701.

eis pedes lavaret secundum Monastici
Instituti, consuetudinem, notavit, deli-
cata esse hospitem corpora, iudicavit-
que, alios esse, ac vestium paupertas in-
dicabat. Mox cognito eorum proposito,
volentes Romam comitatus est, &
ad suum reduxit Monasterium, ut, prius-
quam ad exterarum Provinciarum proficere-
rentur, in Disciplina Monastica institu-
rentur. Parentes filiorum fuga afflicti,
Farsam eos quæsitum venerunt, compul-
sitque Abbas juvenes, ut de se sollicitis
colloquerentur. Illi a proposito dimo-
veri non potuerunt, persuasit tamen
Thomas, ne ex Italia excederent, & in
vicinia locum, quo commode sedem fi-
gere possent, ostendit. Locus iste erat
Sacellum S. Vincentii in ripa Vultur-
mille passus a fonte, ex quo fluvius sca-
turiebat, positum. Ad utramque fluvii
ripam Silvæ porrigebantur, latronum la-
tibula. *In loco hoc, dicebat Abbas: tu-
tam peregrinantibus viam præstabis, &
dabis terræ, Deo adjuvante, fertilitate-
tem.* Ipse Abbas ad Ducem Gisulfum le-
conferens obtinuit, ut ad extruendum
Monasterium locum donaret, & tres fra-
tres patruales illuc abierunt nihil omni-
no secum habentes; sed eadem nocte
vir ignotus farinam & vinum attulit.
Paldon hujus Monasterii ad S. Vincen-
tium prope Vulturum fontem, posteriori
tem.

tempore celeberrimi, primus Abbas constitutus est. Hæc fundatio anno 703. facta creditur, atque Paldon, cum novellam Congregationem annis septendecim rexisset, anno 720. Gregorio II. Pontifice, die undecima Octobr. obdormivit in pace.

§. VII.

Vitiza Rex Hispaniæ.

In Hispania, Egica Rege mortuo, Vitiza filius, jam antea in Regni societatem adscitus, æra 739. id est anno Salutis 701. successit, regnavitque annis novendecim. Is in Ecclesia S. Petri prope Toletum ab Episcopis & Optimatibus ad res in Regno suo componendas jussit haberi Concilium, cujus vero nec Acta nec Canones supersunt. Hoc fuit decimum octavum & Toletanum ultimum. Vitiza sub auspiciis Regni magnæ clementiæ dedit specimina, exules revocans, & populorum necessitatem sublevans; at brevi post deseruit Justitiæ limites, in omnem vitæ licentiam effusus. Plures simul habebat uxores, & plures insuper Concubinas. Proceres Regis exemplum paulo post, & deinde etiam populus, ipsique Clerici secuti sunt.

Gundericus illa ætate Sedem Archiepiscopalem Toletanam tenebat, Vir Sanctitate & miraculis illustrissimus. Ei suc-

N n 5 cessit

Sæcul. VIII.

A. C. 701.

*Roder. l. II.**c. 15. Isidor.**Pacens. p. 10.*

II.

Sæcul. VIII. cessit Sinderedus, qui zelo, præter prudentiæ regulas animatus, Viros Ecclesiasticos ætate & moribus venerabiles acerbè habuit, instigante Vitiza, qui virorum istorum sibi in faciem resistentium, & crimina exprobrantium Sanctitatem non ferebat. Cum eos igitur Archiepiscopus suus contra æquitatem persequeretur, ad Papam appellarunt. Verum Vitiza, veritus, ne proborum Virorum Auctoritas populos a se averteret, ut subditis suis adularetur, non permittit modo, sed etiam præcepit omnibus Clericis, ut uxores acciperent, pellices, quot luberet, publice haberent, veterisque, ne Romanorum Constitutionibus, quibus pudenda commercia prohibebantur, morem gererent. Hæc data a Rege Licentia ingentem morum dissolutionem in omnibus hominum ordinibus post se traxit. Tandem Vitiza Archiepiscopatum Toletanum Oppæ fratris suo, qui jam ante Archiepiscopus Hispaniensis erat, dupliciter Canones violans, contulit, Judæos in Hispaniam revocavit, & majoribus privilegiis Synagogas, quam Christianorum Ecclesias donavit.

c. 16.

c. 17.

§. VIII.

Concilium Nestrefieldense.

In Anglia anno 703. Rex Alfridus Concilium Nestrefieldam, locum quinque Leucis

Leucis a Monasterio Riponensi situm, ^{Sæcul. VIII.}
 convocavit, cui ferme omnes Britannia ^{A. C. 703.}
 Episcopi interfuerunt, Berthualdo Archi-
 episcopo Cantuariensi Præside. S. Wil- ^{vit. per Eddi}
 fridus invitatus est, ut se Concilio siste- ^{c. 44. Sup.}
 ret, eique promissum, causam ipsius se- ^{XL. §. 46.}
 cundum Canones esse decidendam. Ve-
 nit ille, sed Patres, quod promiserant,
 non præstiterunt; nam Episcopi & Abba-
 tes, qui Bona & Possessiones ejus Mona-
 sterii usurpaverant, Regis Præsidio fre-
 ti, magna contentione excitata Virum
 Sanctum cogere volebant, ut Decretis
 Theodori Archiepiscopi se submitteret.
 S. Wilfridus humiliter respondit, omnia
 se velle obedientissime facturum, quæ
 Canones præciperent.

Postea Vir Sanctus iisdem gravi ora-
 tione mentis pertinaciam exprobravit,
 quæsitque, qua fronte Decreta Theo-
 dori, lite fervente facta, Decretis Aga-
 thonis, Benedicti, & Sergii Romanorum
 Pontificum præferre auderent. Ipsi ni-
 hil, quod æquitate niteretur responde-
 bant. Sed aliquis Procerum, a puero
 cum Rege educatus, illius tabernaculo
 furtim egressus, ad S. Wilfridum se con-
 tulit (nam Concilium istud in campo,
 ubi castra metati fuerunt, agebatur) &
 S. Episcopo indicium fecit, Adversarios
 ipsius istud jam agere, ut eum ad subscri-
 bendas litteras insidiosè compellerent,
 quas

Sæcul. VIII.
A. C. 703.

quas deinde cum revocare non posset, ei Bona omnia tam in Nordhumbria quam in Regione Merciorum eriperent. Vera iste attulerat, quippe institerunt, ut subscriberet, quod Rex & Archiepiscopus decreverant, verumtamen etiam inimicis videbatur, æquum non esse, ut vir celeberrimus omnibus Bonis suis privaretur, nullius culpæ reus. Ergo putabant, concedendum ipsi esse Monasterium suum Riponense, ea conditione, ut sine expressa Regis licentia inde non exiret, & ab omni munere Episcopali abstineret. S. Wilfridus voce elata constanter respondit: *Cur ad extremam necessitatem compellere vultis, ut me ipsum meo iudicio condemnem? nonne id faciendo scandalum præberem omnibus, qui sciunt, me ab annis jam quadraginta, etsi indignum, nomen Episcopi gerere? post obitum magnorum Virorum, quos S. Gregorius hic misit, ego omnium primus errorem Hibernorum extinxi, totam Nationem Nordbumbroborum ad observandum Pasche tempore congruo, & ad gerendam Tonsuram coronæ in modum, ego adduxi, Responsoria, & cantus alternos docui, vitam Monasticam secundum S. Benedicti Regulam, quam ante me nemo attulerat, ego invexi. Quod vero ad hanc causam, quam hodie adversus me movetis, spectat, audacter ad Sedem Apostolicam appello, &*
unum-

unumquemque ex vobis, qui deponere me vult, provo-
 cato, ut mecum illuc eat. Ibi am-
 bo judicium experiamur. Archiepiscopus & Rex dixerunt: vel hoc solo reum se probat, quod Romanorum Judicium nostro anteponat. Volebatque Rex armatorum vi S. Virum ad obediendum cogere, nisi Episcopi in memoriam Principi reduxissent, quod fidem dedisset, eum incolumem futurum. Itaque soluto Concilio S. Wilfridus libere ad Ethelredum Merciorum Regem rediit. S. Viri inimici Monachos Riponenses excommunicatos pronunciarunt, & si de populo aliquis illis Monachis carnes signo crucis benedicendas obtulerat, religiose projiciebantur, ac si falsis Diis oblatae fuissent.

Sæcul. VIII.
 A. C. 703.

6.45.

§. IX.

S. Wilfridus Romæ absolutus.

Itaque S. Wilfridus cum quibusdam suorum in Italiam trajecit, & Romam contendit, ubi in conspectum Joannis VI. admittus, flexis genibus petiit, ut Libellum suum reciperet, dicens, non se venisse, ut quemquam accuset, sed ut se contra illos, qui ipsum accusaturi essent, tueretur. Papa & Clerici Romani hospites omni Charitatis officio susceperunt, dumque S. Sedis Responsum expectant, adsunt Legati Berthualdi Archiepiscopi Cantuariensis, afferentes Libellum accusationis.

6.47.

- Secul. VIII. fationis contra S. Wilfridum. (*) Cum
 A. C. 703. Papa multos Episcopos & Clericos suos
 ad Synodum convocasset, S. Wilfridus
 6. 48. intravit, & lectus est Libellus supplex ab
 ipso traditus, quo postulabat, ut Decreta
 Agathonis Papæ, Successorumque illius
 Benedicti & Sergii executioni mandarentur.
 In illis statuebatur, ut Episcopatum suum
 Eboracensem, & Monasteria sua in Regnis
 Nordhumbriæ & Mercie servaret. Promittebat,
 de cetero se Archiepiscopum Cantuariensem
 omni veneratione juxta Canones profecuturum.
 c. 49. Hoc Libello perlecto ipse dimittitur, &
 Legati Archiepiscopi Berthualdi intrare
 jubentur, qui Accusationis capita exposuerunt.
 Promisit Concilium, utriusque Partis
 Argumenta accurate examinanda fore.
 c. 50. Tum simul omnes ingredi jubentur,
 stetitque S. Wilfridus cum Presbyteris &

(*) Ex his contra Protestantes probatur, tunc in Anglica sicut in omnibus aliis Ecclesiis Auctoritatem & Jurisdictionem Summi Pontificis fuisse receptam. Ubi ergo tunc erant Ecclesie Protestantes? Hæc interrogatio, ut supra ex Præfatione D. Mosheim vidimus, Homines ab Ecclesie Romanæ Communione separatos usque adeo perturbat, ut variorum temporum Hæreticos in auxilium advocent, & in suam Communionem recipiant.

& Diaconis viæ comitibus ex una parte, Sæcul. VIII.
 & ex adversa Berthualdi Archiepiscopi A. C. 704.
 Legati, qui dixerunt; Wilfridum Episcopum in publico Concilio Decreta Episcopi Cantuariensis, a Sancta Sede super omnes Ecclesias Britanniae positi, contemptui habuisse. Surrexit S. Wilfridus, & venerabili Viri canitie loquentis Auctoritatem commendante dixit: *Cum in Concilio essem, miserunt ad me Episcopum, qui interrogavit, an vellem me Archiepiscopi iudicio submittere. Respondi: necessarium esse, ut prius scirem, quale hoc iudicium sit. Ille iterum; id Archiepiscopum nolle edicere, priusquam datis litteris promississem, me velle morem gerere. Quamquam valde absurdum esset, quod a me petebatur, dixi tamen, obedientem me habiturum Archiepiscopum, in tantum, in quantum ejus Judicium Canonibus, atque Agathonis Papæ & Successorum ejus Conciliis futurum esset consentaneum.*

Audito hoc Responso Concilium Romanum declaravit, Wilfridum Episcopum Canonice Causam dixisse. Mox Episcopi praesentes subridere, Græce loqui, & aliqua inter se conferre, quæ Angli non intelligebant. Tandem dixerunt: *Scitis, Fratres nostri! quod Canones statuunt, illum, qui primum Accusationis articulum non probat, ad probanda alia non esse admittendum. Nihilominus ob Reverentiam*

rentiam

Sæcul. VIII.

A. C. 704.

rentiam Archiepiscopi & Episcopi Wilfridi singulos Articulos examinabimus.

Ita Partes tunc dimissæ; postea vero spatio quatuor Mensium Romani septuaginta Sessiones celebrarunt. In iis S. Wilfridus absolutus, & deinde Acta Concilii elata voce coram populo, ut mos Romanorum ferebat, lecta sunt. Qui S. Wilfridum Agathonis Papæ tempore viderant, eundem jam cognoscebant, & indignantes mirabantur, quod denuo accusaretur. Demum Joannes Papa eum absolutum dimisit ad sua, datisque epistolis ad duos Reges, Etheldredum Merciorum, & Alfridum Northumbrorum in eum modum loquebatur:

c. 51.

monemus Bertbualdum Episcopum Cantuariensem, ut cum Wilfrido Episcopo Synodum congreget, Episcopos quoque Bosam & Joannem vocet, & postquam eos audiverit, causam in suo Concilio, si possit, definiat, si non possit, ad Sacram Sedem remittat, in ampliore Concilio judicanda. Qui venire recusaverit, non solum a Communione Episcoporum, sed etiam omnium Fidelium ejiciatur. Tum Papa duos Reges exhortatur, ut istud Decretum effectui dari curent. Boda in Sedem Eboracensem pro S. Wilfrido, & Joannes in Sedem Hagustaldensem pro Eata, Theodori Archiepiscopi Auctoritate intru-

6. 52.

fuerant.

S. WIL

S. Wilfridus impetrata Sententia sibi ^{Sæcul. VIII.}
 favente, Romæ permanere, & ætate jam ^{A. C. 704.}
 inclinata ab omnibus Mundi negotiis li-
 ber ibi vitam claudere cupiebat, sed Pa-
 pa & totum ejus Concilium in virtute
 obedientiæ, quam promiserat, S. Viro
 præceperunt, ut in Angliam, populorum
 solatium & amicorum gaudium futurus,
 reverteretur. Roma discedens Reliquias,
 pannosque ex Purpura & Serico ad or-
 nandas Ecclesias, asportavit, sed in Gal-
 liam reductum gravis morbus corripuit. ^{6. 53.}
 Igitur cum equi jactationem ultra ferre
 non posset, in lectica Meldas delatus est,
 quo pene ad extrema redactus pervenit.
 Cum ibi quadriduo jacuisset, quin ullum
 alimentum posset capere, apparuit ei S.
 Michael, eique promisit, adhuc annis ^{6. 54.}
 quatuor superstitem futurum. Vera
 nunciasse Angelum, eventus docuit;
 nam post lapsum paucorum dierum S.
 Wilfridus convaluit, & prosperis ventis
 in Angliam appulsus est.

§. X.

S. Adamnanus Abbas.

Sub illud tempus Rex Alfridus S. Adam-
 nanum Presbyterum & Abbatem
 Hyanum, suæ Nationis, id est, Hiberno-
 rum, Legatione fungentem, excepit. Cum
 in Nordhumbria moraretur, nactus est oc-
 casionem observandi Ecclesiæ Anglicanæ

Hist. Eccles. Tom. IX.

Oo. con.

Sæcul. VIII. consuetudines, virique doctissimi Hospitem hortabantur, ut eas amplecteretur, quod essent Ritus Ecclesiæ universalis utique opinioni Hibernorum, paucorum hominum, & in extremo orbis angulo habitantium, anteponendi. Præsertim S. Ceolfridus Abbas Viromuthensis, cujus Monasterium Adamnanus invisit, cum virum sapientem, humilem & piissimum experiretur, ei persuadere aggressus est, ut patriæ morem abjiceret. Dicebat de Tonsura Clericali: *Frater mi! tu, qui Coronam immortalem speras, cur Coronam imperfectam in capite præfers? si S. Petri societatem quæris, cur illius Tonsuram servas, cui Petrus Anathema dixit?* Adamnanus respondit: *Scias velim, Frater! me, etiamsi Simonis Tonsuram habeam, nihilominus ejusdem errores abominari.* Tandem, cum esset virtutis amans, & in Scripturis versatus, victas manus dedit, & quæ in Anglia didicit, patriæ suæ consuetudini præhabuit.

Is in tribus Libris vitam S. Columbani, primi Abbatis Hyani, qui a Magno S. Columbano discerni debet, scripsit. Præterea Descriptionem Locorum Sanctorum Jerosolymæ concinnavit ex commentario Episcopi cujusdam Galli nomine Arculphi, qui iter Jerosolymam suscepit. Habemus utrumque opus, in quorum altero meminit alicujus Ecclesiæ in

Sæcul. VIII.

A. C. 704.

Bed. V. hist.

c. 16.

ibid. c. 22.

Bed. V. hist.

c. 16. *Sup.*

l. XXXIV.

§. 15.

10. 4. *Art.*

SS. Ben. p.

602.

in Valle Josaphat, ubi Sepulchrum San-
 ctæ Virginis monstrabatur, *sed*, inquit, Sæcul. VIII. A. C. 704.
nescitur, quo tempore, a quo, vel quomodo Sepulchrum Sanctæ Vir-
ejus Corpus ablatum fuerit, vel in quo lo- ginis.
co Resurrectionem expectet. ()* Ergo jam
 illa ætate S. Virgo Jerôsolymæ obiisse
 credebatur, sicut infra Adamnanus ex-
 pressis verbis notat, sed necdum crede-
 batur resuscitata. Idem Auctor scribit,
 in illo loco deserti, in quo S. Joannes de- c. 18. L. II. c. 23.
 gebat, locustas fuisse inventas, quibus, in
 oleo coctis, accolæ pauperes vesceban-
 tur; item arbores, quarum folia lata &
 longa colorem lactis & mellis saporem
 habebant. Dicit, illud ipsum esse, quod
 in Evangelio mel sylvestre appellatur. Matth. 3. 4. Lib. III. 3.
 Arculphus etiam Constantinopoli fue-
 rat, narratque, ibi veram Crucem fuisse
 asservatam, & in triduo Majoris Heb-
 domadæ solemniter fuisse populo osten-
 sam.

O o 2

(*) Huic Adamnani dubio, & Fleurii Reflexio-
 ni opponitur, quod S. Joannes Damascenus scri-
 bit orat. 2. de Dormit. Deip. post triduum, tu-
 mulo aperto, Corpus Beatissimæ Virginis non fu-
 isse inventum. Ceterum R. P. Boucher O. S.
 Franc. in suo itinere ad plagas Orientales scribit,
 se in Sacello hujus S. Sepulchri incrementum Deo
 Sacrificium obtulisse, atque rectum Sacelli, in
 majore Ecclesia positi, quindecim pedes lon-
 gum, quatuordecim latum, & novem altum esse
 testatur.

Sæcul. VIII. fam. S. Adamnanus hunc librum Regi
A. C. 705. Alfrido dedit, qui eum donis cumulatum
 dimisit.

Ad sua reversus, Fratribus Monasterii sui Hyani, & omnibus, qui huic Monasterio subiciebantur, frustra conatus est persuadere, ut morem Ecclesiæ reciperent; in Hiberniam deinde delatus ceteros ferme omnes suo hortatu, quæ in primis modestia commendabat, eo adduxit, ut veterem consuetudinem dimitterent. Paschate cum illis secundum Ritus totius Ecclesiæ celebrato ad Insulam suam rediit, rursusque suos Monachos instantissime hortatus, ut mentem mutarent, nihil ab obstinatis impetravit. Obiit Vir Sanctus vigesimo tertio Septembris ejusdem anni, qui septingentesimus quintus fuisse creditur.

§. XI.

Justinianus Imperator restituitur.

Hoc anno Justinianus Imperator Scythiam denuo conscendit. Cum morum re trajiceret, a Bulgaris opem flagitante, a rebus, sæva incumbente tempestate, locorum aliquis in tanto periculo suggestit consilium: *Fac Deo votum; si tibi imperium reddiderit, nullam te vindictam contra inimicos tuos suscepturum.* Justinianus ira commotus respondit: *Cælum me perdat, si vel uni eorum pepercerim.*

Theoph. an.

Asp. p. 312.

S. Niceph.

p. 27.

cero! Bulgarorum copiis auctus Constantinopolim venit, per Aquæ ductum furtim intromissus portas & aditus occupavit. Tiberius Apsimarus e fuga retractus, jubente Justiniano vinctus catenis per urbem raptatur cum Leontio Antecessore suo. Ita acerbe delusos in Circum duci præcipit; prosternuntur ante Sedem ipsius, eorumque colla, dum equi excurrunt, spatio circiter horæ unius sedens pedibus suis premit, acclamante populo: *super aspidem & Basiliscum ambulasti, & conculcasti Leonem & Draconem.* Tum illi, quibus a Justiniano imperatum erat, ambobus capita amputant. Apsimarus septem annis regnaverat, & Justinianus postliminio restitutus sex annis sceptrum tenuit. Callnicum Patriarcham Constantinopolitanum effossis oculis in exilium misit, quod famam suam, cum coronaretur Leontius, proscripisset. Tum in Sedem ejus Cyrum prius in Insula Amastri Anachoretam, qui sibi iter facienti, & in illam Insulam delato Imperium secundo capeffendum vaticinatus, evexit.

Con-Sæcul. VIII.
A. C. 705.

Psal. 90.

Sup. 5.7.

§. XII.

Abdelmelici Mors. Ovalidus Califa.

Eodem anno 705. Hegiræ octogesimo, Califa Abdelmelico fati functo, filius ejus Oulitus, seu Ovalidus successit.

Theoph. 5. 7.
p. 312. Elm.
c. 13. p. 70.

O o 3

Abdel-

Sæcul. VIII. Abdelmelico regnante Jacobitæ, Simone defuncto, quemdam nomine Alexandrum Patriarcham Alexandrinum creant, anno Diocletiani 420. Jesu Christi 724. qui Sedem supra annos viginti tempore magnæ persecutionis tenuit; nam bis Tributum trium *Dinars* (ita nempe Arabes Solidum aureum Romanorum appellabant) dare coactus est. Califa Ovalidus Ægypti Præfecturam dederat Abdelazizio fratri suo, qui jussit, ut omnes Monachi describerentur, & in singula capita Solidum penderent. Hæc prima exactio fuit, cui Monachi se subicere compulsi sunt. Ovalidus Damasci Regni sui Sede Delubrum Mahometanum magnificenti operis ædificaturus, ut amplior locus esset, magnam Christianorum Ecclesiam S. Joanni Sacram destruxit. Fertur Christianis quadraginta Solidorum millia pro ea obtulisse, ipsisque recusantibus, occupatam nullo dato pretio dejecisse.

C. 705.
Ide 12 p. 68.
Chr. Orient.
 p. 104.
Sup. lib. 40.
 §. 54.
Elmac. c. 15.
 p. 71.
Theoph. p.
 314.

§. XIII.

Joannis VI. obitus. Joannes VII. & Sisinnius Papæ.

Anast. V. Papebr. con. Justinianus Imperator Regno recuperato nihil antiquius habuit, quam Concilium in Trullo Romam mittere a Joanne Papa septimo, qui tunc S. Sedem tenebat, confirmandum. Nam Joanne VII.

sub initium hujus anni 705. defuncto, Sæcul. VIII.
A. C. 705.
cum Sacra Sedes uno mense & diebus

octodecim vacasset, ordinatus fuerat Jo-
annes VII. Natione Græcus, (*) Plato-
nis filius, pro temporum illorum ratione
doctus & facundus, qui S. Sedem tenuit
annis duobus, mensibus septem, & die-
bus septendecim, Tiberio & Justiniano
Imperatoribus. Idem Justinianus Impera-
tor duos Metropolitans cum duobus To-
mis Coneilii in Trullo & Epistola ad Jo-
annem Papam misit, obtestans, ut con-

O o 4 vocato

(*) Cardinalis Baronius opportune Adnota-
tionem apponit in hunc modum: *Alia via stu-
duerunt (Græci) eidem Romanæ Ecclesiæ do-
minari: agentes nimirum, ut in Collegium S.
Rom. Eccles. Cardinalium adlegerentur Orien-
tales, qui etiam opera Exarchorum adnitente,
crearentur Romani Pontifices. Hinc videas post
Benedictum Pontificem Joannem V., Syrum na-
tione, creatum Successorem, deinde Cononem
Thracem, postea Sergium Syrum, Joannem
deinde Græcum pariter ordine Sextum dictum,
inde hunc Joannem VII. itidem Græcum, post-
ea Sisinnium Syrum, & post eum Constantinum
pariter Syrum, itidemque Gregorium III. Sy-
rum etiam, nec non post eum Zachariam Græ-
cum: ut appareat inter hos annos vix unum
Gregorium II. intercalatum Romanum natione
Pontificem. Nihilominus hi Pontifices adversus
omnes conatus Orientalium strenue steterunt.*

Sæcul. VIII. A. C. 705. vocato Concilio, quæcunque ei viderentur, stabiliret, & reliqua rejiceret. Sed Joannes Papa humana fragilitate timidus, & veritus, ne iratum sibi Imperatorem haberet, Tomos non emendatos remisit. (*)

Paul. Diac. VI. hist. c. 28. Joanne VII. sedente Aripertus Reginorum S. Petri Ecclesiæ Patrimonium Alpium Cottiarum, (hodie Genèbra & Cenisus montes) jam diu ab illa natione ademptum restituit, atque Donationis Acta litteris aureis exaravit. Idem Papa multas reparavit Ecclesias, & inter alias Ecclesiam S. Virginis, quæ antiqua dicebatur, & ubi sedem suam, quoad vixit, elegit. Diversas quoque Ecclesias imaginibus, & una iconæ, in qua ipse Pontifex repræsentabatur, decoravit. Calicem aureum librarum virginis

(*) Hic iterum apposite Baronius: *Vermis etsi justa hæc esse petitio videretur, tamen quæ non deceret Majestatem Apostolicæ Sedis, quid minimum comprobare, quod non in legitima Synodo sancitum esset, eos Joannes nec ex parte voluit comprobasse. Cæterum, quod ab eo fieri expectabatur, neque voluit eodem modo commoveret animum Imperatoris. Et infra Etenim si recepti fuissent (Concilio in Trullo Canones) haud opus fuisset Justiniano Imperatori vocare ob eam causam Constantinopolis (ut dicemus) Constantinum Pontificem.*

ginti, seu triginta marcarum, fabricari ^{Saecul. VIII.}
 iussit. Ordinavit per diversa loca Epis- ^{A. C. 707.}
 copos octodecim, sepultusque est in
 Oratorio S. Virginis, quod extruxerat,
 & picturis Musivi operis multa impensa
 pecunia ornaverat. Tumulo illatus est
 decimo quinto Cal. Nov. Indictione sexta,
 Justiniano Principe, id est, decimo octavo
 Octobr. anno 707. vacavitque Sacra Se-
 des mensibus tribus. Quo intervallo
 elapso ordinatus est Sisinnius natione
 Syrus. Is, licet esset podagra usque
 adeo debilitatus, ut ne quidem manum
 ori admoveere posset, constante tamen
 erat animo, & tam tenero in populum
 suum amore, ut muros Urbis Romanæ
 restaurare aggrediretur. Verum Sa-
 cram Sedem non ultra dies viginti tenuit,
 subita morte defunctus. Episcopum
 unum pro Insula Creta ordinaverat. Se-
 pultus est ad S. Petrum septimo Febr. In-
 dictione sexta, regnante Justiniano, id
 est, anno Salutis 708. vacavitque Sacra
 Sedes mense uno & diebus novende-
 cim.

§. XIV.

S. Bonetus Claromontanus.

Sub idem ferme tempus S. Bonetus Epis-
 copus Claromontanus Romam venit.
 Is Claromontii Arvernæ Metropoli e ge-
 nere Senatorio in lucem editus, cum au-
 lama

Sæcul. VIII. iam Sigeberti III. Regis Austrasiæ adif-
 A. C. 708. set, primum Regi a poculis, & deinde ab
Att. SS. epistolis, seu Cancellarius, fuit. Acce-
Ben. to. 3. pta postea a Rege Childerico, Sigeberti
p. 90. nepote, Massiliæ & Provinciæ Præfectu-
 ra, omnes optimi Christiani partes im-
 plebat, captivos redimebat, jejunio &
 orationi deditus, inimicos reconciliabat.
Sup. lib. Frater ejus Avitus II. in hac Sede Sancto
XXXIX. Præjecto anno 674. successerat, quam
s. 50. annis ferme quindecim rexisset, & obi-
 tum suum ex certis indiciis haud procul
 abesse ominaretur, Bonetum Successorem
 suum consentiente sua Ecclesia designa-
 vit. Agebatur tunc annus 688. jussitque
 Pipinus Major Domus, qui Franciam sub
 Theodorico Rege moderabatur, *confer-*
sum suum & litteras necessarias Boneto
tradi. Itaque Episcopus Claromontanus
 ordinatur. Tunc vero jejunia ita geni-
 navit, ut non nunquam per duos treste
 aut etiam quatuor dies nihil cibi capere-
 ret. Vigiliis, lectionem, silentium, soli-
 tudinem amabat, præsertim in Quadra-
 gesima. Largissimis lacrymis diffuens
 cucullum madefaciebat, hospites libera-
 liter excipiebat, eleemosynis pauperum
 inopiam sublevabat, & cum Presbyte-
 ris suis frequenter conferens, eos Cano-
 nes edocebat.

S. Bonetus anxie deinde perpendere
 cepit, quod Fratri suo viventi in Episco-
 patu

patu successisset, timuitque ne illegitime Sæcul. VIII.
 fuisset ordinatus; hinc ad Monasterium A.C. 708.
 Soliniacense prope Limovicum se contu-
 lit, hac super re consulturus S. Tillonem
 S. Eligii Discipulum, qui ei suavit, ut ab-
 dicaret se Episcopatu, quem contra Ca-
 nones suscepisset. Ipse obediit, & pro
 se Nadobertum, consentiente Rege, or-
 dinari curavit. Exinde S. Bonetus se-
 cessit ad Abbatiam Magni loci, quæ a
 viro Ecclesiastico, nomine Magno, qui
 illuc S. Sebastiani Reliquias, id est ex ejus
 Sepulchro pulverem, attulerat, diceba-
 tur; quippe S. Genesius Episcopus Cla- Act. SS.
 romontanus ibi anno circiter 656. in pro- Ben. to. 5.
 priis agris fundaverat Monasterium, quod p. 401.
 hodieque existit, cujusque Abbas primus
 Evodius ab eo constitutus est. Illo igitur
 S. Bonetus se recepit, & circa annum
 699. habitum Monasticum induit. In-
 terim cum Hæreses Novatiani & Jovi-
 niani in Diocesi Claromontana caput at-
 tollere viderentur, Monachi Magni loci
 edita in publicum Epistola antiqua mon-
 fra perdomuerunt; S. Bonetus vero, in
 illo Monasterio per annum ferme versa-
 tus, Romam profectus est, SS. Apostolo-
 rum limina veneraturus, omnibus Bonis
 suis prius in Ecclesias & Monasteria di-
 stributis. Cum Lugdunum pervenisset,
 effecit, ut Archiepiscopus & Dux Bur-
 gundiæ reconciliarentur. Tum in Mo-
 naste-

Sæcul. VIII.
A. C. 708.
nasterio Insulæ Barbaræ aliquamdiu moratus, etiam Agaliente inuisit. Ubi Italiæ fines attigit, Hospitem perbenigne excepit Aripertus Longobardorum Rex, qui cum causam suam precibus Viri Sancti commendasset, victoriam de Rege iuvene Lichtberto reportavit. Quod an-
Paul. Diac. no 705. contigit. Tandem S. Bonetus
VI. hist. c. 19. urbem intravit, & Sanctis Ecclesiis visitatis multos captivos pretio redemptos reduxit. Plurimas in eo itinere dispersit eleemosynas, & miraculis claruit. Ex Italia reversus, & Lugduni annis quatuor commoratus ibidem anno circiter 709, migravit e corpore. Reliquiæ ejus Clariomontium translatae, ejusdem memoriam Ecclesia decimo quinto Jan. colit.

Martyr. R. 15. Jan.

§. XV.

S. Tetricus Antissiodorensis.

Eodem ferme tempore obiit S. Tetricus Episcopus Antissiodorensis, qui circa annum 695. Scobilioni successit, & hanc Sedem annis quindecim tenuit. Antea Abbas Monasterii S. Germani fuerat, namque quatuordecim Monachi, quos inter sex Abbates fuere, ad Antissiodorensem Præsulatum evecti numerantur. S. Tetricus primo Pontificatus sui anno congregata Synodo rationem & modum præscripsit, quo Abbates & Archipresbyteri diversarum Ecclesiarum illius Diocesis

tom. 3. Act. Ben. p. 101. it. to. 1. Bibl. nov. p. 427. hist. Episc. Antiss. c. 24.

censis in Ecclesiam Cathedralē ad per-
 agendum ibi Officium Divinum veni-
 rent. Unde credendum, Clericorum
 Cathedralium numerum non fuisse ad
 hæc munera subeunda sufficientem. Pri-
 ma Januarii Septimana ordo tangebatur
 Monachos S. Germani, secunda Clericos
 S. Amatrii, tertia S. Petri, quarta S. Ju-
 liani, & sic de ceteris, singulis mensibus
 adnotatis, præterquam mense Septem-
 bri, quo forte vacatio ob vindemiæ tem-
 pus concedebatur. Oeconomus Eccle-
 siæ his Clericis per suam septimanam Di-
 stributiones necessarias præbebat, & qui
 sero veniebant, aut oscitanter officio va-
 cabant per dies quadraginta vino priva-
 bantur. Si Vicedominus vel Cellerarius
 ea, quæ debebat, non suppeditasset, in
 Monasterio ad agendam pœnitentiam in
 pane & aqua sex mensibus includebatur.
 Vicedominus Domum Episcopi specia-
 tim regebat; at Oeconomus omnia Ec-
 clesiæ Bona administrabat. Sæculo su-
 periore S. Aunacarius Episcopus Antissio-
 dorensis Statuta his non absimilia sanc-
 visse legitur. S. Tetricus dormiens ab
 Archidiacono suo, cui nomen Regenfre-
 dus, oppressus est die octavo Martii, at-
 que inter Sanctos Martyres colitur. Post
 ejus necem Sedes Antissiodorensis annis
 tribus vacavit.

Sæcul. VIII.
 A. C. 708.

Sup. lib.
 XXXIV.
 §. 51. hist.
 Episc. 6.

19.

Sæcul. VIII.
A. C. 708.

§. XVI.

S. Lamberti Obitus.

Act. SS.
Ben. to. 3.
p. 72.
Sup. lib.
XXXIX.
§. 50. l. XL.
§. 9.

Tantæ audaciæ facinus sine dubio ad illam calamitatem pertinet, qua tota Francia sub pigris Regibus laborabat, atque exemplum aliud isto atrocius S. Lamberti cædes exhibet. Is cum annis septem Sede sua Trajectensi pulsus in Monasterio Stabulensi versatus fuisset, & Ebroinum fata sustulissent, Pipinus arrepta occasione Faramundum Sedis Trajectensis usurpatorem ejecit, & S. Lambertum ad totius Cleri, populique preces reduxit. Igitur Vir Sanctus denuo maximo zelo boni Pastoris muneri incubuit, Gentiles, qui adhuc dum in Toxandria, Regione Ecclesiæ Trajectensi vicina, falsos Deos colebant, convertere adlaboravit, barbarorum animos patientia demulsit, templa & multa Idola destruxit.

Ecce vero duos fratres Gallum & Rioldum, Bona Ecclesiæ Trajectensis per vim & nefas diripientes, S. Lamberti amici & propinqui non tulerunt, sed in ultimum furorem acti ambos occiderunt. Duo fratres interfecti sanguine continebant Dodonem Pipini Familiarem, multorum agrorum Servorumque Dominum. Is occisos propinquos morte ipsius Episcopi ulturus, collecta valida armatorum manu,

manu, eum Leodii ad Mosam tunc mo-
 dico pago, ex quo magna Civitas Leo-
 diensis extitit, invasit. S. Lambertus
 post Matutinos acquiescebat in lectulo,
 unusque Servulorum, nomine Baldoveus,
 qui vice sua vigilabat, & Episcopum cu-
 stodiebat, foras egressus vidit Dodonis
 exercitum divisis cohortibus imminen-
 tem. Ubi ad ædes Episcopi pervene-
 runt, septis portisque dejectis tectum su-
 perant. Cucurrit Baldoveus ad S. Epis-
 copum sensim obdormiscentem, monuit-
 que, hostes ingruere. Ille in primo ani-
 mi motu gladium corripit, quo se tuere-
 tur. Mox vero Deum cogitans & in eo
 confidens arma in terram projicit, sta-
 tuitque, potius mortem subire, quam im-
 proborum sanguine Sacras manus pol-
 luere. Intran illi, sed hastis muros ver-
 berantes duo Episcopi nepotes fustibus
 abigunt, ad quos, eorumque commilito-
 nes Episcopus: *Carissimi! si me vere ama-
 tis, meum exemplum sequentes Jesum
 Christum amate, & ei peccata vestra con-
 fitemini. Quod ad me spectat, tempus est,
 ut hinc discedam, & cum ipso vivam.* Ex
 Nepotibus lejus alius dixit: *non audis
 vociferantes, ignem adibus subjiciendum
 esse, ut vivi comburamur?* Tum S. Lam-
 bertus ad Nepotes: *mementote, vos bu-
 jus criminis reos esse (scilicet duorum
 fratrum necis) ite jam, & penas date.*

Hæc

Sæcul. VIII. Hæc locutus, cunctis e cubiculo suo egredi
A. C. 708. di jussis, prostravit se in terram brachiis
in formam crucis extensis, & inter lar-
gos fletus oravit. Interim hostes ir-
rumpunt, omnes, quotquot obvios ha-
buere, necant, & aliquis conscenso tebo
cubiculi, in quo S. Episcopus erat, oran-
tem telo confodit. Ita mortuus est Lam-
bertus decimo septimo Sept. anno circi-
ter 708. postquam Episcopatum gessisset
annos quadraginta, nempe ex anno 668,
quo S. Theodardo successerat. Corpus
ejus lembo impositum, & Trajectum re-
ductum, in Ecclesia S. Petri sepultum est,
at exinde Leodium translatum. Cete-
rum inter Martyres honoratur.

Sup. lib.
XXXIX.
S. 45.

Martyr. R.
17. Sept.

Anon. ap.
Coint. an.
688. n. 34.

S. Lamberti Successor fuit S. Huber-
tus ejus Discipulus, qui in Aquitania no-
bilibus parentibus natus in Aula Theo-
dorici versatus fuerat. Is fertur in qua-
dam Solemni Festo, Christianis ceteris in
Ecclesia officio vacantibus, in campos
venatum exivisse, & conspecto ceruo
Crucem inter cornua gestante audivisse
vocem, inferni pœnas sibi minitantem,
nisi vitam emendaret. Ipsum illico ex
equo desiliisse, & promississe, se mandatis
Cœlestibus obedientem futurum. Quo-
modocunque istud se habeat, famam pi-
simi Pipini Majoris Domus secutus in
Australiam venit; tum audiens, quan-
tum S. Lamberti virtutes a cunctis lau-
darentur.

darentur, ad eum se Trajectum contulit, & illius Clericis adscriptus est. Etsi esset adhuc juvenis, in conjugio tamen vixerat, & filium habebat, nomine Florebertum, qui ei in Episcopatu successit.

Sæcul. VIII.
A. C. 708.

§. XVII.

Constantinus Papa.

Eodem anno 708. quarto die Martii, ordinatus est Papa Constantinus Syrus, miræ lenitatis vir, qui S. Sedem annis septem & diebus quindecim occupavit. Hic septimus Pontifex serie non interrupta est ex illis, qui ex Syria vel Græcia advenerant. Nam Joannes V. ex Syria erat, Conon ex Thracia, Sergius ex Syria, Joannes VI. & VII. ex Græcia, Sisinus & Constantinus item ex Syria. Forsan Arabum persecutiones & frequentes Imperii Græcorum vicissitudines multos ex Græcia & Oriente Romam confugere compellebant. Constantinus Papa ordinavit Felicem Archiepiscopum Ravennatem, qui potentia Sæcularium fretus Ecclesiæ Romanæ ea promittere detrectavit, quæ Antecessores ejus, ut ex Tabulis probabatur, promittere adsueverant. Verum Justinianus Imperator, haud multo post tempore, Patricio, & exercitus Siculi Duce immisso, qui capta urbe Archiepiscopum, omnesque ceteros Seditiois conscios vinculis on-

Anast. Pa-
peb.

Sæcul. VIII.
A. C. 708.

stos Constantinopolim abstrahi iussit, Felicem Archiepiscopum erutis oculis in Pontum relegavit. Hanc sortem celesti vindicta Archiepiscopo obtigisse Romani crediderunt.

§. XVIII.

S. Wilfridus restituitur.

Paul. Diac.
VI. hist. c. 37.

Illâ ætate Angli utriusque sexus omni- que conditionis Nobiles, Duces & Reges Romam Devotionis causa peregrinabantur. Ex illorum numero fuit Coenredus Rex Merciorum, qui ad restituendum S. Wilfridum operam junxerat. S. Episcopus Roma redux, cum in Regionem Cantiorum pervenisset, & Legatos ad Episcopum Berthualdum misisset, promisit ille, se sententiam contra S. Wilfridum in Concilio Nestrefeldensi pronunciatam mitigaturum; nam Berthualdus acceptis Roma Legatorum suorum Epistolis, Papæ Auctoritati cedens, cum S. Wilfrido facere in Gratiam rediit. Vir Sanctus vero Wilfridus contulit se ad Ethelredum antiquum suum amicum, qui, postquam annis triginta & uno Mercii imperasset, anno 704. in Asceterio Bardenejenti Monachum induerat, ubi postea Abbas fuit. Ambo inter lacrymas in amplexu ruerunt, & S. Wilfridus sententiam a Papa latam exhibuit, qua perlecta Ethelredus pollicitus est, se omnibus viribus

Eddi. vit.
c. 54.
Sup. n. 9.

ei suffragaturum. Moxque missis ad **Sæcul. VIII.**
 Coenredum Regem Successorem suum **A.C. 708.**
 ministris rogavit, ut ad se veniret, com-
 pulitque, ut se juramento obstringeret,
 quod S. Sedis Decretis obedientiam præ-
 stare vellet. Ethelredo deinde suaden-
 te S. Wilfridus Presbyterum & Abba-
 tem ad Alfridum Regem Nordhumbriæ
 misit, qui rogarent, ut boni consuleret, si
 ei litteras Papæ exhiberet. Respondit
 Rex; quoad ipse viveret, non destructu-
 rum se, quod totius ferme Britannia E-
 piscopi statuissent. Haud diu postea, cum
 in morbum incidisset, crederetque, in-
 stare Divinam ultionem ob contemptam
 S. Sedis Auctoritatem, Successorem suum
 hortatus est, ut cum Episcopo Wilfrido
 pacem iniret.

c. 55.

Alfrido fati functo Eadulfus ejus **Be. epist.**
 Successor non modo S. Wilfridum non
 restituit, sed præcepit, ut intra dies sex
 e Regni sui finibus excederet, adjecta
 comminatione, se cunctos ejus socios,
 quotquot comprehendi possent, interfe-
 cturum. Verum elapsis duobus mensi-
 bus Eadulfo pulso Alfridi filius necdum
 pueritiam egressus, paternum solium
 conscendit. Anno Regni ejus primo
 Berthualdus Archiepiscopus Cantuarien-
 sis cum omnibus Episcopis suis, Abbati-
 bus, & Regni Optimatibus in Nordhum-
 briam venit, atque prope Nidum amnem

c. 37.

Sæcul. VIII. Concilium celebravit. Adfuit Rex Ju-
 A. C. 708. venis Ofredus cum Proceribus, tribus
 Regni sui Episcopis, Abbatibus, & Elthe-
 da Abbatisa Streneshalensi, cujus pru-
 dentiam in dandis consiliis cuncti maxi-
 mi faciebant. S. Wilfridus quoque in-
 tererat. Rege, Episcopis, & Proceribus
 confidentibus Berthualdus Archiepisco-
 pus dixit: *Oremus Deum, ut per Spiritum Sanctum suum ponat pacem in cordibus nostris. Episcopus Wilfridus & ego in manibus nostris habemus S. Sedis Epistolas, quas vobis presentibus recitari oportet.* His recitatis, Berthfridus ex Proceribus Nordhumbriæ præcipuus petiit, ut hæc sibi & ceteris, latini Sermōnis ignaris, explicarentur. Statim Archiepiscopus rei summam exposuit; nimirum Papam Episcopis Angliæ præcipere, ut cum Wilfrido in Gratiā redderent, & Ecclesias suas ipsi redderent, quod si facere detrectarent, omnes Romanæ pergerent, ibi judicandi. Episcopi adversantes dixerunt, fixum sibi esse, ea servare, quæ Theodorus Archiepiscopus & Egfridus Rex decrevissent, ipsique cum Rege Alfrido in Concilio Nestrebedensi ratum habuissent. Elthea Abbatisa testabatur, Alfridi Regis ultimam fuisse voluntatem, ut S. Episcopus restitueretur. Tunc Berthfridus Regis pueri nomine dixit: *Regis & Optimatum omnium*

Sup. n. 9.

omnium voluntas est, ut Sacra Sedis & Sæcul. VIII.
 Regis Alfridi mandatis omnino obediamus. A. C. 708.
 Cum enim Behamburgi obsidemur, & arctiora in dies nobis fierent omnia, nos voto obligavimus, istud Papæ Decretum effectui dandi, si Deus Principi juveni Patris sui Regnum concederet. Mox hostium corda mutata, de pacis conditionibus agere ceperunt, & nos liberati sumus. His auditis, cum Episcopi deliberassent, in hanc sententiam ivere omnes; ut cuncti Episcopi, Rex & Proceres bona fide cum Wilfrido in gratiam redirent, & eidem duo sua Monasteria Riponense & Hagulstadenſe cum omnibus redditibus redderentur. Tum omnes in mutuos amplexus occurrunt, Communionem accipiunt, & agentes Deo gratias singuli ad sua revertuntur.

§. XIX.

S. Wilfridi Obitus.

Inde post aliquod temporis spatium, cum S. Wilfridum in Monasterio Hagulstadenſi, sicut olim Meldis, imo periculo majore morbus corripuisset, omnes Abbates & Anachoretæ illius Regionis confluunt, preces ad Deum cum Monachis illius loci jungunt, & flagitant, ut decumbenti mens & vox redderetur, quo domui suæ prospicere & res suas dividere posset. Exaudita est eorum oratio,

Sæcul. VIII. ratio, convaluit æger, & adhucdum u-
 A. C. 709. no anno & dimidio inter vivos egit.

6. 99.

Haud diu ante obitum suum, cum esset in
 Monasterio Riponensi præsentibus duo-
 bus Abbatibus, & octo Monachis arcano-
 rum suorum consciis iussit thesaurum
 suum ab eo, qui claves custodiebat, ape-
 riri, & ipsis spectantibus aurum, argen-
 tum, gemmasque produci. Omnia in
 partes quatuor divisit, legavitque pri-
 mam Ecclesiis S. Pauli, & S. Mariæ Romæ,
 alteram pauperibus, tertiam Præpositis
 Monasteriorum suorum Riponensis & H-
 gulfstadenfis, ut haberent, unde Regibus
 & Episcopis dona offerrent; quartam in-
 ter illos, qui itinerum suorum sociis fue-
 rant, distribui iussit. Tum Tatbertum
 Presbyterum propinquum suum Mona-
 sterii Riponensis Præpositum creavit, nam
 ipse Abbatis munere adhucdum fange-
 batur. Rebus ita compositis in Regio-
 nem Merciorum profectus est, rogatus
 a Rege Coenredo, qui ejus consilia de vita
 bene instituenda expetebat. Abbates
 quoque illius Provinciæ super statu Mona-
 steriorum, quæ ibi fundaverat, eundem
 consulere cupiebant. Cum hos visitasset,
 & fundos pecuniasque large distribuisset,
 venit ad Monasterium, *Oundle* dictum,
 quod hodie in Comitatu Northantonen-
 si positum est, ubi extremo morbo de-
 cubuit. Haud diu antea iter faciens, e-
 quo

6. 60.

6. 61.

quo vectus cum Tatberto Presbytero, Sæcul. VIII.
A. C. 709.
eidem omnes vitæ suæ actus, tanquam confitens, se brevi moriturum, narraverat.

Hoc erat aliquot genus Confessionis, quæ humilitatis studio fiebat, a Confessione Sacramentali diversa. (*) In illo igitur loco, morbo ingravescente, Benedictionem Discipulis suis impertitus, obiit vigesimo quinto Aprilis anno 709. regnantis in Nordhumbria Osfredi quarto, annos natus septuaginta sex, ex quibus quadraginta quinque Episcopatum gesserat. Corpus defuncti, vestibus Sacerdotalibus ornatum ad Monasterium Riponense revectum est, ubi Tatbertus illius Monasterii Abbas singulis diebus pro eo nominatim Missam unam celebrari iussit, & singulis annis in die Anniversario præter eleemosynas quotidianas gregum suorum Decimas pauperibus dedit. Acca Presbyter S. Wilfrido Hagulstadae successit.

*Bed. V. hist.
c. 29.*

ibid. c. 21.

P p 4

Coen-

(*) Diese Worte hat der Protestant also gegeben auf seiner 176. Seite im 6ten Theile. Dies war eine Art von Glaubensbekänntniß, die zuweilen aus Demuth geschähe, und von dem Glaubensbekänntniße des heiligen Abendmahls unterschieden ist. Wann vom Beichten etwas vorkömmt, stellet sich unser Uebersetzer an, als wann er weder recht Französisch noch Deutsch verstünde. Andere Fehler übergehe ich mit Stillschweigen.

Sæcul. VIII.

A. C. 709.

Coenredus Rex Merciorum, cum annis sex regnasset, abdicato Regno, anno 709. Romam veniens, cucullo se abdidit, & vitam suam in oratione, jejuniis & operibus misericordiae in proximum finivit. Illo secum adduxerat Ofram Saxonum Orientalium Regem juvenem, formosum, populis carissimum, qui amore Jesu Christi relictis uxore, Patria, Regno, Monasticam vitam Romae amplexus est. Ambo, quod unice in votis erat, celeriter beata morte ad Regna Caelestia translati.

§. XX.

S. Althelmus Episcopus.

*Elog. to. 3.
Art. SS. B.
p. 222. vita
to. 5. p. 7. 26.*

Eodem anno vita functus est S. Althelmus seu Althelmus primus Episcopus Schireburensis. Is ex illustri Familia in Regno Saxonum Orientalium natus, primo Abbati Adriano Cantuarie in Monasterio S. Augustini litteris Latinis & Græcis imbuendus traditur. In patriam deinde reversus Monachum in dicitur in Monasterio, quod tunc Melodunum, & posteriore tempore Malmesburie dicitur, quod Anachoreta Hibernus, nomine Maidulfus, restauraverat. Initio Althelmus vitam anachoreticam ducebat; sed cum non haberet, unde nutrireretur, alios docere cœpit, & multi Discipulorum ejus, Magistri exemplo attracti

tracti Monasticam Professionem amplexi Sæcul. VIII. A. C. 709.
 sunt, unde postea celeberrimum Mona-
 sterium evasit. Althelmus, postquam ibi
 aliquamdiu artibus liberalibus operam
 dedisset, Cantuariam reversus est, ad
 perfectionis apicem Abbate Adriano Ma-
 gistro eluctaturus, ibique tamdiu per-
 mansit, donec valetudinis causa ad sua
 redire coactus est. Ceterum primus
 ipse Anglorum fuit, qui versus Latinos
 componere didicit. Poesin in lingua
 Anglicana quoque excoluit, & sermone
 vulgari Cantica concinnavit, ut mora-
 retur populum, qui cum mores barba-
 ros necdum dedidicisset, Missa vix finita,
 Ecclesia prorumpens ad alia festinabat.
 Althelmus stans in ponte, quo ex urbe
 exeuntibus transeundum erat, hymnos,
 quos fecerat, ipse cantabat, & circum-
 stantium aures demulcens, eorundem a-
 nimis Religionis Mysteria insinuabat,
 quæ audire detrectassent, si gravi sermone
 fuissent exposita.

Præter Poesin etiam ad Leges Roma-
 nas, Arithmeticam & Astronomiam in-
 cubuit, & tanta apud omnes Doctrinæ
 ejus fuit opinio, ut eum non modo Po-
 pulares sui, sed etiam Exteri, quales e-
 rant Hiberni, consulerent, & Franci ad-
 venirent, ut sub ejus Disciplina profice-
 rent. Ille Discipulos suos non solum
 doctos, sed cum primis probos & virtu-

Pp 5 tis

Sæcul. VIII.
A. C. 709.

Bed. V. hist.
c. 19.

tis amantes efficere satagebat; nam & ipse ante omnia virtutem sectabatur. E Monasterio, nisi necessitas urgeret, non exibat, lectioni & orationi vacans, atque ut corpus maceraret, in fonte non nunquam usque ad humeros, etiam per noctes hybernas, immersus Psalterium recitabat. Ordinatus est Presbyter a Luthero Saxonum Orientalium Episcopo, qui, confirmato novi Monasterii Melodunensis instituto, ab aliis Abbatibus sive Dicecesis rogatus Althelmum eidem Monasterio Abbatem præfecit, sub cujus Regimine maxima cepit incrementa, multis undique confluentibus, qui ejus Discipuli esse cupiebant. Cum illi Monasterio præesset, a Patribus Concilii in Regno Merciorum celebrati mandatum accepit, ut contra errores Britonum scriberet; nec inanis labor fuit, multos enim eo adduxit, ut Pascha tempore legitimo celebrarent.

S. Heddio Episcopo Wigornienfi seu Saxonie Orientalis defuncto, Dicecesim in duas partes dividere visum est. Unus Episcopatus Danieli datus, cujus Cathedra Wintonie erecta est. Sedes altera Schireburæ fixa, cujus Episcopus S. Althelmus, jam senex, Episcopus ordinatus est a Berthualdo Archiepiscopo, veterere ejusdem studiorum & vitæ Monasticae socio. Berthualdus Neo-consecra-

tum

tum aliquamdiu apud se retinuit, ejus ^{Sæcul. VIII.} consilio in rebus arduis usus; S. Al- ^{A. C. 709.} thelmus vero annis non plus quatuor Episcopatum tenuit, obiitque anno 709. vigesimo quinto Maji, quo die ejus me- ^{Mart. Rom.} moria ab Ecclesia colitur. S. Althelmum ^{25. M.} Libri scripti celebrem reddiderunt. Præter librum contra errores Britonum, scripsit alium in prosa & in versibus, habemusque hos duos Tractatus, in quorum posteriore Elogia multorum Sanctorum affert, præsertim S. Benedicti, quem tanquam præcipuum Instituti Monastici Magistrum dilaudat. Præterea de octo vitiis aliqua ænigmata, & aliquot Epistolas scripserat. Adrianus S. Althelmi olim Magister eodem anno 709. fatis functus est.

§. XXI.

Picti Schisma abjiciunt.

Sanctus Ceolfridus S. Benedicti Discipuli & Successor illa tempestate duo Monasteria Viromuthanum & Jaroviense regebat. Is cum Magistro suo olim Romæ fuerat, vir in omnibus, quæ ad Professionem Monasticam pertinent, versatissimus, & pio zelo ardens. Monasteriorum reditus auxit, Sacella extruxit, eaque ornavit, & Vasa sacra ad- ^{Aff. SS. Be.} didit. Inprimis Bibliothecam, ^{to. 2. p. 1011.} cujus quasi fundamenta Benedictus posuerat, locupleta.

Sæcul. VIII.
A. C. 709.
pletavit, adjiciens tres Biblias novæ versionis, id est, S. Hieronymi, quas Roma attulerat, & librum Cosmographiæ, Opus elegantissimum.

Idem a Sergio Papa obtinuit Privilegium, simile illi, quod Benedictus ab Agathone Papa impetraverat, quod in Concilio subscribentibus Episcopis & Rege Alfrido confirmatum.

Act. SS. Be.
to. 3. p. 292.
Bed. V. c. 22.
Sub annum septingentesimum decimum Naiton Rex Pictorum, incolentium illam Britanniae Partem, quæ Septentrionem spectat, hodie Scotiam, frequenti Scripturarum meditatione meliora edoctus, renunciavit errori, quem huc usque in celebrando Paschate retinuerat, & totum populum suum ad Ritum Catholicum reduxit. Pictorum Apostolus fuerat S. Columbanus senior, qui cum esset natione Hibernus, eos patriæ suæ traditionem edocuerat.

Sup. Lib.
XXXIV.
§. 16.

Igitur Rex Naiton subditos suos permoturus, ut consuetudinem Catholicorum reciperent, quo facilius, & majore Auctoritate id faceret, auxilium ex Anglia accivit, missisque ad S. Ceolfridum Legatis rogavit, ut se hac super re erudiret. Præterea petebat, ut sibi mitteret Architectos, ad ædificandam in patria sua Ecclesiam lapideam more Romanorum, promittebatque, jussurum se, ut ea S. Petri honori consecraretur, sequere
cum

Sæcul. VIII.
A. C. 709.

cum populo suo, quantum locorum di-
stantia, & linguarum diversitas permit-
teret, Ecclesiæ Romanæ consuetudines
amplexurum. S. Ceolfridus ei Archite-
ctos misit, &, data Epistola prolixa, do-
ctissime probat, Pascha cum Ecelesia Ca-
tholica, tertia septimana mensis primi,
& semper Die Dominica, esse celebran-
dum. Variorum Cyclos, nempe Euse-
bii, Theophili, S. Cyrilli, & tandem Dio-
nyssii Exigui, necdum expletum, ad-
ducit.

Quod ad Tonfuram attinet, fatetur
rem esse in se indifferentem; asserit ta-
men, Tonfuram S. Petri, scilicet coronam
integram, Tonfuræ Simonis Magi, quæ
tantum in parte capitis anteriore promi-
net, esse præhabendam.

Nempe veram esse præsumit hanc
Traditionem, de qua illo ævo nemo du-
bitasse videtur. Hac Epistola, præsentem
Rege Naitone & multis viris doctis præ-
lecta, & in eorum sermonem patrium
traducta, surrexit Rex in medio Proce-
rum, ubi federat, flexit genua, & Gra-
tias Deo egit, quod tantum thesaurum
ex Anglia allatum meruisset accipere.
*Sciebam quidem antea, dicebat, hanc ve-
ram esse celebrandi Pascha rationem, mo-
do autem adeo clare causam perspicio, ut
hanc rem antebac prorsus non intellexisse
jam mihi videar. Itaque coram vobis*
pro-

Sæcul. VIII. *profiteor, me cum toto populo meo hunc*
A. C. 710. *morem semper servaturum, jamque volo*
& jubeo, ut omnes Clerici in Regno meo
Tonsuram Romanorum modo gerant. Il-
lico istud Decretum executioni datum,
 & in tota Regione Pictorum ex Regis
 mandato Cyclo Paschalis annorum no-
 vemdecim, rejecto Cyclo annorum octo-
 ginta quatuor, quo prius utebantur, sa-
 pius descriptus.

§. XXII.

Papa Constantinopoli.

Anast. Inter hæc Justinianus Imperator missis
 mandatis Constantinum Papam Con-
 stantinopolim accivit. Obediit Papa, &
 in Portu Romano navem conscendit
 quinto Octobr. Indictione nona, id est,
 anno 710. duobus Episcopis, Presbyteris
 tribus, & quibusdam aliis exiguo nume-
 ro Clericis Pontificem comitantibus
 Papa absente Joannes cognomento Rizo-
 copus, Patricius, & Exarchus, Romanum
 contendens, jugulavit Paulum Diaconum
 & Vicedominum, Petrum Arcerium,
 Sergium Presbyterum & Abbatem,
 & Sergium Ordinatorem, & inde Ra-
 vennam delatus justo Dei judicio puden-
 da morte occubuit. Papa, postquam
 Hydrunti hyemem exegisset, Constanti-
 nopolim primum & deinde Nicomediam
 contigit, quo Imperator Nicæa ad eum
 venit.

venit. Die Dominico Papa Missam Sæcul. VIII.
A. C. 709.
celebravit coram Imperatore, cujus manibus S. Communionem accipiens rogavit, ut pro peccatis suis Deum deprecaretur, & omnia Ecclesiæ Privilegia confirmavit, quibus peractis Pontificem dimisit. Quæ hujus itineris causa fuerit non memoratur, sed illud notatu dignissimum, Papam ubique summo honore fuisse exceptum. (*) Romam redux intravit vigesimo quarto Octobr. Indictione

(*) Anastasii Bibliothecarii verba sunt apud Cardinalem Baronium, & Palatium: *Dum vero Hydrunti moras faceret, eo quod hyems erat, illic suscepit Sigillum Imperiale per Theophanium regionarium, continens ita, ut ubicunque denominatus conveniretur Pontifex, omnes Judices ita eum honorifice susciperent, quasi ipsum præsentialiter Imperatorem viderent. Et infra: In die autem qua se vicissim viderunt, Augustus Christianissimus cum regno in capite, se se prostravit, pedes osculans Pontificis. Tam referuntur Verba Anastasii in vita Gregorii II. de causa itineris: Et cum Viro S. Constantino Pontifice ad regiam profectus est urbem, atque a Justiniano Principe inquisitus de quibusdam capitulis optima Responsione unamquamque solvit quæstionem. Addit Palatius; Intelligitur pro decidenda lite Concilii Quini Sexti Roma fuisse in Græciam vocatum Constantinum, eique, respondente Gregorio, cessisse victoriam.*

Sæcul. VIII. ne decima anno 711. postquam annum
A.C. 711. unum in illa profectioe consumpsisset,
 & in diversis locis Episcopos duodecim
 ordinasset.

§. XXIII.

*Justiniani Fata. Philippicus Im-
 perator.*

Post lapsum trium mensium Epistola
 Romam afferuntur, Justiniano occi-
 so, Philippicum ad Imperium fuisse eve-
 ctum. Ingratum omnibus nuncium fuit,
 quod novus Imperator Hæresin foveret.
 Cum barbara sævitia Justinianum cum-
 ctis invisum reddidisset, exercitus, quem
 ad obsidendam urbem Chersonam mise-
 rat, inita cum civibus armorum socie-
 tate quemdam Armenum Bardanem no-
 mine, qui ibi in exilio degebat, Impera-
 torem proclamavit, appellavitque Phi-
 lippicum. Eo confestim Constantinopoli
 contendente, Justinianus, qui inde
 se proripuerat, in fuga deprehenditur &
 obruncatur. Philippicus amputatum
 miseri Principis caput in Occidentem &
 usque Romam deferri jussit. Tiberium
 Justiniani filium, qui Constantinopoli
 remanserat, ad Ecclesiam in Blachernis
 profugum una manu sanctæ Mensæ pe-
 pendentibus e collo Reliquiis, duo Pa-
 tricij Maurus & Joannes abstraxerunt;
 quip-

S. Niceph. p.
 30. Theopha.
 an. 6. p. 316.

quippe Joannes Sanctuarium ingressus, Sæcul. VIII.
 & nihil motus lacrymis Anastasiæ Justi- A. C. 711.
 niani Matris & Tiberii Avia, præsentis
 & ad eorum pedes provolutæ principem
 juvenem e loco sacro rapuit, crucem ex
 manibus ejus extortam super Altare po-
 suit, & Reliquias e collo ejus detractas
 e suo suspendit. Itaque Tiberius ex Ec-
 clesia exire compulsus, & humi toto
 corpore prostratus, jugulatur.

Hic Justiniani & Tiberii filii ejus exi-
 tus fuit. Bardanes seu Philippicus Mo- *Agatho. to.6*
 nothelita erat, utpote quem Stephanus *Conc. p. 1403*
 Abbas Macarii Antiocheni Discipulus a *Theoph.*
 puero erudierat. Multis antequam *p. 319.*
 Imperator esset annis, quadam die Anacho-
 retam Monasterii Callistratensis, Astrolo-
 giæ peritum, invisenti dixit ille, Impe-
 rium ipsi destinari, & Philippico ad hæc
 verba stupente addidit Solitarius: *Si*
Deus hoc decrevit, num tu resistes? jam
monitum te volo, Patres orbi Christiano
pestime consuluisse, dum Synodum sextam
celebrarunt. Quamprimum imperabis,
istud Concilium tolle, sic diu & feliciter
regnabis. Bardanes id se facturum jure *Sup. Lib.*
 jurando promisit. Ubi vero Leontium *XL. §. 54.*
 pulso Justiniano Imperatorem salutari
 vidit, adiit Solitarium, qui ei dixit: *Pa-*
tientia tibi opus est. Cæsarea corona te
manet. Rursus cum videret regnare Ap- *ibid. n. 57.*
 simarum, ad Solitarium se contulit, qui
Hist. Eccles. Tom. IX. Q9 re-

Sæcul. VIII. respondit: *Patientia!* Imperator eris.
 A.C. 711. Quæ re comperta Tiberius Apſimarus
 Bardanem Virgis caſum, raſo capite, &
 vinculis oneratum in Cephaloniam rele-
 gavit, unde a Juſtiniano poſtliminio re-
 gnante revocatus eſt.

Agath. epist. Igitur Philippicus, Imperium confe-
 cutus, fidem Solitario datam ſervavit;
 nam priuſquam Regiam intraret, imagi-
 nem, quæ Concilium ſextum repræſen-
 tabat, in veſtibus ſuſpenſam, tolli juſſit,
 dicens, ſecus nunquam ſe pedem illatu-
 rum. Mandavit deinde celebrari Con-
 cilium, in quo Concilium Generale ſex-
 tum damnatum; Solitarius vero eodem

Philippicus. anno utroque oculo captus eſt. Præter-
 ea jubente Imperatore Cyrus Patriarcha
 ejeſtus, in Monafterium Chororum re-
 legatus, & in ejus Sedem Joannes, qui
 juxta ipſum Monothelitarum hæreſi ad-
 hærebat, poſitus. Imperatori aſſenta-
 bantur Germanus Metropolita Cyzico-
 nus, Andreas Epicoſopus Cretenſis, Nico-
 laus Medicus peritiſſimus & quaſtor, Er-
 pidius majoris Eccleſiæ Diaconus, An-
 chus Tabularii Cuſtos, & multi alii tum
 ex Epicoſopali, tum ex Senatorio Ordine.

S. Niceph.
 p. 31.

Philippicus vero omnes Concilio ſuo
 ſubſcribere detrectantes perſequebatur,
 vel exilio damnabat. Diptychis inſeri-
 juſſit nomina Sergii, Honorii, aliorum-
 que, quos Concilium ſextum rejecerat,
 eorum.

eorumque imagines denuo erigi præce-
 pit. Haud multo post tempore inventa
 in Regia Acta sexti Concilii, Agathonis
 tunc Diaconi, & Majoris Ecclesiæ Con-
 stantinopolitanæ Bibliothecarii manu
 conscripta, publice flammis tradidit.

Sæcul. VIII.
 A. C. 712.

Constantinus Papa missam sibi ab Im-
 peratore Philippico Epistolam, in qua
 Monothelitarum Error manifeste appa-
 rebat, prudentum Virorum usus consilio,
 rejecit. Populi quoque zelus excitatus
 est, nam in Ecclesia S. Petri imago affixa,
 in qua sex Concilia depicta visebantur.
 Imo non tulere Romani, ut Imperatoris
 Hæretici effigies Ecclesiæ inferretur, nec
 ejus nomen in Missa recitaretur. Ejus-
 dem Epistolæ non receptæ, nec pecunia
 cui signum ipsius esset impressum. Nec-
 dum satis; Romani Petrum cum Epistolis
 Imperatoris Ravenna Romam missum, ut
 Urbis Præfecturam susciperet, repulerunt,
 & Christophorus, qui illam Dignitatem
 tunc habebat, collectis copiis venienti-
 vim opposuit. In platea Sacra ante Pa-
 latium adversæ Partes conflixerunt, at-
 que viri plusquam viginti quinque utrin-
 que occisi. Tandem Episcopi cum Ev-
 angeliis & Crucibus a Pontifice missi
 præliantes diremerunt; nam cum illi,
 qui pro Petro pugnabant, viribus essent
 inferiores, & ipse de salute desperaret,
 Pars adversa Papa jubente cessit, unde

Anast.

Q 9 2

Petrus

Sæcul. VIII.
A. C. 712.

Petrus prope victor videri poterat. B
lapis inde paucis diebus ex Epistolis
Sicilia allatis compertum, Philippicum
fuisse depositum, atque Anastasum, Vi
rum Catholicum, imperare. Hoc nunc
cium quidem Hæreticos confudit; sed
tandem Petrus Romæ Præfecturam ob
tinuit.

§. XXIV.

*Philippicus deponitur. Anastasus II
Imperator.*

S Niceph. p.
32. Theoph.
an. 2. p.
Agath. Epil.
to. 6. Conc. p.
1405.
v. Papeb.
Cher. in
Const. p. 116.

Interim Philippicus in suo Palatio obi
batur, miscens quidem sermones, qui
virum prudentem decere poterant;
sed vita erat pudenda, quippe in omnem
licentiam effundebatur, in immeritos
prodigus. Hinc anno Regni sui tertio
nempe reparatæ salutis 714. cum ejus so
cordia factum fuisset, ut Bulgari Regio
nes Imperii Romani invaderent, Præto
riani milites Domus Cæsareæ, quos lati
na voce *obsequium* vocabant, in eum con
jurarunt. Igitur pridie Pentecostes cum
indormisceret tempore pomeridiano,
post solutum convivium, ad quod nobi
lissimos quosque urbis Constantinopoli
tanæ invitaverat, surgere jubetur, & in
Hippodromum ducitur, ubi ei oculi ex
fodiuntur. Altero die in Festo Pente
costes, Populo in majore Ecclesia con
gregato, Imperator electus est Artemius.
Episto.

Epistolis Præfectus, & Anastasius appel- Sæcul. VIII.
 latus. Proclamatus est unanimi Senatus, A. C. 713.
 Clericorum, militumque, qui tunc Con-
 stantinopoli diversabantur, totius popu-
 li & Civium consensu, atque in Sanctua-
 rio a Joanne Patriarcha coronatus. In
 eodem conventu omnes Episcopi præ-
 sentes omnesque Clerici sextum Conci-
 lium tanquam legitimum pronunciari, &
 imaginem hujus Concilii cum imagini-
 bus ceterorum quinque Conciliorum re-
 poni jusserunt in illo loco, unde eas Phi-
 lippicus auferri mandaverat, ut imagi-
 nem sui ipsius & Sergii illic collocaret.
 Anastasius Imperator data ad Constanti-
 num Papam Epistola Fidem Catholicam
 profitebatur, & sextum Concilium re-
 cipiebat. Hanc Epistolam Papæ reddi-
 dit Scholasticus, Imperatori a cubiculis,
 Patricius, & Italiae Exarchus, qui deinde
 Ravennam se contulit.

Anast.

Joannes Patriarcha Constantinopoli-
 tanus quoque longam ad Constantinum tom. 6. Cont.
 Papam dedit Epistolam. In ea queritur, p. 1409.
 se sub Regni prioris tyrannide impedi-
 tum fuisse, quo minus Epistolas suas Sy-
 nodicas, ut mos erat, mittere potuisset.
 Addit, de Philippico loquens, *Volebat
 intrudere in banc Sedem hominem, hujus
 Ecclesie Clericis non adscriptum, & iis-
 dem, ac ipse erat, erroribus infectum; sed
 tamen instantibus Clericis nostris fecit,*
 ut

Sæcul. VIII.

A. C. 713.

Joannis Pa-
triarchæ Epi-
stola.

ut licet reluctans ordinatus fuerim. Tum postquam retulit, jubente Philippico secutum Concilium fuisse anathematizatum, addit: Jamque mihi aliqui insurrebant, rejiciendum esse Concilium Calcedonense, utpote Concilii sexti fundamentum. Mitto dicere, quam molestus mihi fuerit, volens me compellere, ut datis tibi litteris errorem ipsius defenderem. Teo, quantam industriam adhibuerim, ut malum, quod tollere non poteram, saltem minuerem. Apocrisarius, quem hic habes, testimonium reddat, quod vera scribam. Ille nimirum, cui, cum tempore maxime sæviret, dato jurejurando aperui, quantum amem orthodoxam fidem. Tum verbis expressis dicit, se in Jesu Christo duas Voluntates Naturales, & duas Operationes Naturales confiteri, & Philippico nihil profuisse, quod Exemplum sexti Concilii, in Palatio assertum, flammis consumpsit, sollicite enim hujus Concilii Acta, in quibus Episcoporum & Imperatoris subscriptiones visuntur, apud nos servavimus. Inter per habemus Exemplum descriptum manu Pauli, postea hujus Ecclesiæ Episcopi. Postremo Papam rogat, ut facta priora sibi condonet, () & litteras suas Synodicas*

(*) In exordio suæ Epistolæ Joannes Patriarcha

dicas in signum Charitatis mutuae mit-
 tat, sicut ipse sua ex parte adjecta hac Epi-
 stola misisset. Non apparet, Constanti-
 num Papam Responsum dedisse, sed Dia-
 conus Agatho hujus Epistolæ descriptum
 exemplum in fine Actorum Concilii sex-
 ti apposuit cum Admonitione, cujus ini-
 tium ejusmodi est.

Sæcul. VIII.
 A. C. 713.

Epil. Agath.
 p. 1408.

Qq 4 Ego

triarcha his usus est verbis Act. Conc. mihi pag.
 1838. *Ipse Naturæ nostræ Opifex cum suo
 artificio curasset, ut caput toti corpori præfi-
 ceretur, in eo collocatis præcipuis sensuum in-
 strumentis omnem reliquorum membrorum mo-
 tionem & perfectionem illinc oriri fecit, & con-
 servari. Et post pauca: His vestrum quoque
 Apostolicum Pontificatum comparare possumus,
 O Sanctissimi & Christiani Sacerdotii Caput
 vos canonice reputantes. &c.*

An non Interpres noster Protestans, qui in
 suis Annotationibus dixit, Communionem inter
 Ecclesiam Constantinopolitanam & Romanam
 a temporibus S. Chrysostomi nunquam fuisse
 reductam, & Græcos Romani Pontificis Prima-
 tum despexisse, cum supra Justinianum Orientis
 Imperatorem de manu Constantini Papæ Chri-
 sti Corpus accipientem (qui etiam teste Anasta-
 sio Pontificis pedes osculatus est) hic vero Jo-
 annem Patriarcham Constantinopolitanum con-
 fitentem, quod Romanus Episcopus Christiani
 Sacerdotii Caput sit, & culpæ veniam rogan-
 tem, lectoribus suis patrio sermone exhibet, an
 non, inquam, suo se calamo veritatis inimicum
 præbat?

Sæcul. VIII.

A. C. 713.

Ego Agatho indignus Diaconus, & Tabularii Custos in majore Ecclesia Constantinopolitana, Protonotarius, & Cancellarius secundus Venerabilis Consilii Patriarchalis, annis abhinc circiter triginta duobus, cum adhuc juvenis in Ordine Lectorum & Notariorum essem, ministravi in Concilio sexto Oecumenico, cujus Acta omnia non interrupta cum Socio meo Paulo Sanctæ memoriæ, postea hujus Ecclesiæ Patriarcha, tunc autem Laico & Imperatori ab Epistolis, cum quibusdam aliis scripsi. Mea manu litteris Ecclesiasticis descripsi omnia Actorum istorum volumina, quæ signata, & in Palatio Cæsareo deposita sunt unacum Definitione Fidei ejusdem Concilii diligenter asservanda. Quin etiam exempla hujus Definitionis quinque Sedibus Patriarchalibus tradita scripsi, sic iussus a pia memoriæ Imperatore Constantino, ut puritas & sinceritas orthodoxæ Fidei nullis appeteretur insidiis. Cum ergo Misericors Deus mihi hucusque vivere concesserit, hunc quoque Tomum propria manu scribere constitui, præcipue propter causas, quas jam afferam. Narrat deinde, Philippicum Imperatorem sexti Concilii exemplum sua manu scriptum, quod in Palatio invenerat, flammis tradidisse, Philippicum deinde fuisse pulsum, & Anastasium Imperatorem coronatum, sexti

sexti Concilii imaginem fuisse reductam, & Patriarcham litteras ad Papam dedisse. Sæcul. VIII.
A. C. 713.

Ex lapsu annorum triginta duorum a tempore sexti Concilii, anno 681. celebrati, sequitur, Agathonem anno 713. scripsisse. Quod vero dicat, se litteris Ecclesiasticis usum fuisse, cum Acta nitide describeret, id accipiendum de litteris cujusdam formæ singularis, & verisimiliter pulchrioribus, quam litteræ Actorum vulgarium essent. Ceterum magni momenti est hæc narratio; unde dispiciamus, quanta cura Acta sexti Concilii fuerint scripta & custodita.

§. XXV.

Musulmanni in Hispania.

In Hispania Gothorum Regnum anno 713. extinctum. Cum Rex Vitiza Theofredum, ex Rege Recesuinto genitum, oculis orbari jussisset, hujus filius Rodericus, Optimatum favore munitus, commota seditione, ipsum Vitizam oculis privari imperat, & Rex proclamatur æra 749. anno Salutis 711. Sed uno non plus anno regnavit, quippe anno sequente 712. æra 750. anno Hegiræ 93. Arabes Musulmanni, jam antea Africae Domini, in Hispaniam trajecerunt. Qui a Califa Ovalido Africae præfectus fuerat, vir senex, nomine Mousa, seu Moyfes, primo aliquot cohortes, Taria Duce, Roderic. Tolet. l. II. c. 17.
18. Isidor. Pacen. p. II.

Sæcul. VIII.
A. C. 713.

Sup. §. 16.

Roder. III.
c. 19.

illuc miserat, cui collecto exercitu Rodericus Rex occurrere parabat; verum Gothicis ejus seditionem indignantibus, potentiam reformidantibus, nec imperata fideliter facientibus victus est, & Arabes in Hispania sedem fixerunt. Anno altero 713. Mousa ipse in Hispaniam navigavit, & usque Toletum progressus est. Sinderedus Archiepiscopus Arabes perterritus, derelicto grege suo contra Canones fugiens, Romam se receperat, & interim Oppa Regis Egicæ filius hujus Sedis usurpator urbem Mousæ dedit, qui, Primoribus necatis, exinde totam Hispaniam usque ad Civitatem Cæsaraugustanam, quorum cives ultro portas aperuerunt, subjecit. Is urbes flammis devastans, civium præcipuis cruci affixis, juvenibus & infantibus jugulatis armorum suorum terrore omnia implevit. Ceteræ itaque urbes necdum subactæ pacem orarunt, promittentes, in potestate se futuras. Multi tamen incolæ ad montes confugerunt, ex quibus non pauci fame & rerum omnium inopia perierunt. Arabes Cordubam Regni sui Caput, sicut olim sub Romanis fuerat, sibi elegerunt. Hic finis fuit Regni Gothorum in Hispania, quod annis ferme trecentis, nempe ab anno 411 quo Ataulpho Duce advenerant, usque ad hunc annum 713. steterat.

§. XXVI

§. XXVI.

Sæcul. VIII.

A. C. 715.

*Constantini Obitus. Gregorius II.
Papa.*

Cum Felix Archiepiscopus Ravennas ab exilio revocatus, & Constantino Papæ reconciliatus, Confessionem Fidei suæ & Epistolas ab Antecessoribus suis ad Ecclesiæ Romanæ Tabularium mitti solitas tradidisset, eum Papa, etiamsi cæcus esset, Sedi suæ restituit. Benedictus quoque Archiepiscopus Mediolanensis Romam venit, ut ad Limina Apostolorum oraret, & in conspectum Pontificis veniret; movit enim Actionem dicens, competere sibi jus, Episcopum Ticinensem consecrandi. At causa cecidit, quia ab omni retro ætate hoc jus Papæ sibi vindicaverant. Tunc temporis Sedem Ticinensem tenebat Petrus, vir splendore virtutum illustris, semper Virginitatis amantissimus, quem Ecclesia 7. Maji veneratur. Constantinus Papa vita functus est, postquam sedisset annis septem, & sepultus est ad S. Petrum, nono Aprilis, Indictione decima tertia, anno 715. Anastasio Imperatore. Una Ordinatione creaverat Presbyteros decem, & Diaconos duos, per diversa loca autem Episcopos sexaginta quatuor. Post ejus obitum cum S. Sedes dies quadraginta vacasset, ordinatus est Papa Gregorius II. Romæ

Anast. Sup.

§. 17.

*Paul. Diac.**VI. hist. c.**ult. Martyr.**R. 7. Maji.**v. Papebr.**con.*

Sæcul. VIII. Romæ natus, Marcelli filius, qui S. Se-
 dem tenuit annis quindecim, mensibus
 A. C. 715. octo, & diebus viginti, Anastasio, Theo-
 dofio, Leone, & Constantino Imperato-
 ribus. Is ab unguiculis in ædibus Pa-
 triarchalibus Lateranensibus sub Sergio
 Papa educatus, Subdiaconus, Sacellarius,
 & Bibliothecarius fuit. Constantinum
 Papam in profectioe Constantinopoli-
 tana secutus, & ab Imperatore super di-
 versis quæstionibus interrogatus, datis
 præclaris responsis Principi satisfeci-
 nam in Sacra Scriptura erat versatissi-
 mus, & linguæ facundia valebat. No-
 rum puritas quoque & constantia animi
 virum commendabant; unde Jura Ec-
 clesiæ vigore Sacerdote digno defendit.
 Pontificatum auspicatus, urbis muros re-
 parare cœpit, sed varia obstacula istam
 molitionem sufflaminarunt. Multas ve-
 ro Ecclesias collapsas erexit. Epistolam
 Synodicam a Joanne Patriarcha Constani-
 nopolitano ad se datam accepit, & re-
 spondit. Eodem anno, Anastasii Impera-
 toris secundo, Joanne deposito Ger-
 manus Episcopus Cyzicenus ad Sedem
 Constantinopolitanam translatus est, In-
 dictione decima tertia, anno 715. in cu-
 jus Translationis Decreto legebatur, fa-
 ctam esse suffragio & approbatione Pres-
 byterorum, Diaconorum & omnium Cle-
 ricorum, Senatus, populique Constanti-
 nopo-

*Anast. & Pa-
pebr.*

*Theoph. an.
2. p. 322.*

nopolitani, Michaele Presbytero, & Se-
 dis Apostolicæ Apocrifario, aliisque Epis-
 copis & Presbyteris præsentibus, Artemio
 Imperatore regnante. Germanus filius
 erat Justiniani Patricii, quem Impera-
 tor Constantinus Pogonatus parenti suo
 Constanti illatæ necis conscium interfi-
 ci, & Germanum evirari jufferat.

Sæcul. VIII.
 A. C. 715.

An. Zonar.
 Lib. 14. n. 22.

§. XXVII.

*Anastasius depositus. Theodosius,
 Leo. Imp.*

Ovalido Musulmannorum Califæ, post-
 quam regnasset annis novem & octo
 mensibus, anno Hegiræ 95. Jesu Christi
 715. mortuo, Solimannus frater succes-
 sit. Is bellum maritimum in Romanos
 meditabatur; qua re cognita Anastasius
 Imperator, ut hostis molimina antever-
 teret, classem strenue paravit, eique Jo-
 annem magnæ Ecclesiæ Diaconum tunc
 Logothetam, seu præcipuum ærarii Cu-
 stodem, præfecit. Verum milites Præ-
 torii, quod *obsequium* dicebatur, in qui-
 bus totius exercitus robur erat Rhodi,
 quo copiæ omnes confluere oportebat,
 ab Imperatore deficientes Joannem Dia-
 conum interfecerunt. Mox dissipatur
 classis, & rebelles in ipsa profectioe Con-
 stantinopolim constituti, cum Adramy-
 tam in Natolia pervenissent, ibi Redem-
 ptorem

Elmac. c. 13.
 14. Theoph.
 an. 2. Artem.
 p. 322.

Sæcul. VIII. ptorem reddituum publicorum, nomine
 A. C. 716. Theodosium, virum quietis amanti-
 mum, Ducem suum esse compellunt, Im-
 peratorem pronunciant, & Civitatem
 Constantinopolitanam ejus potestati tra-
 dunt. Anastasius viribus inferior, cu-
 cullo se abdidit, & Thessalonicam per-
 ductus est, postquam annis duobus &
 novem mensibus imperasset.

Theodosius æque ac Anastasius Fidem
 Catholicam profitebatur; sed non ultra
 annum & menses duos imperavit; nam
 Leo, Præfectus exercitui in Provinciis
 Orientis, qui adhucdum Artemio seu
 Anastasio fidem servabat, illasque Regio-
 nes contra Musulmannorum incursum tue-
 batur, usque ad urbem Nicomediensem
 progressus, cepit filium Theodosii Impe-
 ratoris. Is se viribus imparem sentiens
 cum Germani Patriarchæ & Senatus ex-
 petiisset consilium, eique Leo securita-
 tem esset pollicitus, Imperio cessit. Tom-
 que ambo Pater & filius, suscepto Cleri-
 cali ordine, reliquos vitæ dies in pace
 transegerunt. Theodosius Ephesi obiit,
 jussitque sepulchro suo inscribi vocem
 Hygeya, græce Sanitas. Nonnulli
 xerunt, ibi miracula fuisse edita. In-
 que Leo vigesimo quinto Martii, anno
 S. Niceph. 717. Imperator proclamatus, annis
 p. 34. ginti quatuor regnavit. At per conti-
 nuas vicissitudines Civitatis Constantino-
 politanæ

politanae & totius Imperii accisae sunt vi-
res. Non modo litterarum studium, sed
& Disciplinae militaris vigor periit. Cæ-
des, latrocinia, direptiones, captivitates,
civitatum obsidiones omnes Provincias
turbabant. Ubique hostes impune graf-
sabantur, Musulmanni ipsius urbis Con-
stantinopolitanae portis insultabant.

Sæcul. VIII.
A. C. 716.

§. XXVIII.

Clerici militantes.

Interim Longobardi Italiam depopula-
bantur. Violata pace Cumas occu-
paverant, & permoveri non poterant,
ut restituerent, quantumvis Gregorius II.
Papa instaret. Iram Dei denunciabat fi-
dem datam dolose frangentibus, & ma-
gna dona offerebat, si captam urbem
redderent. Cum nihil efficeret, indo-
luit quidem Papa, sed in Deo confidens,
datis litteris ad populum Neapolitanum
& Joannem Ducem, qui Pontificis man-
datis obtemperans ibi præsidiariis impe-
rabat, (*) ad edendum fortitudinis spe-
cimen excitavit. Ergo Neapolitani eo-
dem

(*) Hic iterum dispicimus, qua ratione SS.
Pontifices sensim terrenum Principatum in has
Provincias sint consecuti. Hodieque utriusque
Siciliae Reges SS. Pontificibus præter fixum So-
lidorum numerum etiam Tolutarium in singulos
annos Clientelaris obsequii titulo offerunt.

Sæcul. VIII.
A. C. 716.

dem Joanne & quodam Subdiacono, nomine Theodimo, ducentibus, nocturnis insidiis superant & in potestatem redigunt, quo non obstante Papa triginta auri libras, quas promiserat, ad redimendam urbem dedit. Subdiaconus iste militum Dux notari meretur, sicut & ille Diaconus, qui Imperatoris Anastasii clausum imperabat. Nec non ante hoc tempus Zeno Ecclesiæ Ticinensis Diaconus assumptis Regis Cuniberti armis in prelio pro Domino suo occubuit.

10. 1. *Bibl.*
Lab. hist. ep.
Auct. c. 26.

Sub idem tempus Gregorio II. Papa Petri Sedem tenente Savaricus Episcopus Antissiodorensis, illustribus natalibus ortus ab officiis Pastoris discedens, rebus sæcularibus, plusquam Episcopum decebat, & usque adeo occupabatur, ut Regiones Aurelianensem, Nivernensem, Tornedorensis, Aballensem, & Trecessensem, armis subactas, suæ Ditioni jungeret. Tandem cum validum agmen ad subjiciendam urbem Lugdunensem duceret, delapso ex æthere fulmine ictus periit. Istud Dagoberto III. regnante accidit, cum Regia Auctoritate in Francia ferme extincta jura omnia bellis civilibus miscerentur.

*S. Rigobertus Archiepiscopus Rhe-
mensis.*

Pipinus Senior, Palatii Magister, e vita decedens anno 714. mense Dec. postquam annis viginti septem Regnum administrasset, præter alios liberos reliquit Carolum, cui deinde cognomentum Martelli dederunt. Huic eodem anno natus est filius, qui a S. Willebrordo baptizatus, ab Avi nomine Pipinus appellatus est. Carolus paternæ potentiæ hæres, Adversarios sensit Reinfredum, Majorem Domus in Austrasia, & Chilpericum II. quem ille Regem pronunciari mandaverat. Bellum igitur in eos movens Carolus, & Rhemos occupare festinans, clausis civitatis portis, quarum claves S. Rigobertus hujus loci Episcopus custodiebat, retardabatur. Ad Episcopum supra alteram portam habitantem clamabat Carolus; juberet aperiri, quo possset in Ecclesiam Dominae Nostræ se conferre & ibi orare. S. Rigobertus respondit: *non concedam, ut tibi aperiatur, priusquam videro, quæ hujus belli fortuna fuerit. Nolo enim tibi dedere banc urbem, cujus custodia mihi commissa est, quam scilicet, sicut antebac plures alias, militibus tuis diripiendam tradas.* Iracens Carolus in minas erupit; se victore

*Flod. hist.
Lib. II. c.*

^{12.}

Hi 7. Eccles. Tom. IX.

R r

ctore

Sæcul. VIII.
A. C. 716.

ctore illuc redeunte, ipsum non amplius
Episcopum Rhemensem futurum. Im-
plevit deinde, quod minatus fuerat, nam
postea Victor & Dominus S. Rigoberto
qui eum e sacro fonte olim levaverat,
e Sede sua pulso, Milonem intrusit, licet
jam Episcopatu Trevirensi frueretur, vi-
rum sola Tonsura Clericum, qui deinde
duas amplissimas Ecclesias annis quadra-
ginta obtinuit.

*Hincm. præ-
fat. in vit. S.
Rigob.*

*Flod. II. hist
c. 2. vita ap.
Boll. 4.
Joan. 101.
p. 174.*

S. Rigobertus in Sede Rhemensis
Reolo, quem sanguinis propinquitate con-
tingebat, successerat. Is collapsam Cle-
ricorum Disciplinam restituit, & primus
ex redditibus multorum agrorum, quos
eis donavit, commune ærarium funda-
vit. Legimus, sex agros fuisse ultra qua-
draginta Colonorum. Amplissimus ille
erat, in Gerniacacurte, quem a Pipino do-
no acceperant. Ergo Clerici Rhemen-
ses horum agrorum proventibus sustent-
tabantur, & Servi eosdem colentes om-
nis generis obsequia ipsis exhibebant, in
culina ministrabant, aquas balnei calida-
ciebant, mortuos sepeliebant. S. Rigo-
bertus proscriptus e patria in Occitaniam
se recepit, nam Aquitania pro Chilperi-
co stabat. Deinde permissum est ei
Rhemos redire; sed in Sedem suam non
est restitutus, atque viro optimo & humi-
litate studiosissimo satis fuit, quod sibi
libertas concederetur Missam in Altari
Domini

Dominæ nostræ celebrandi, & quasdam
 alias Ecclesias visitandi. Habitabat ve-
 ro Gerniacacurte, ubi anno 733. quar-
 ta Jan., qua die Ecclesia ejus memoriam
 colit, animam Deo reddidit. Exinde
 Corpus ejus ad Monasterium S. Dionysii
 translatum.

Sæcul. VIII.
 A. C. 716.

Martyr. R.
 4. Jan.

§. XXX.

Gregorii II. Capitulare.

Interim multi in Germania ad Fidem
 convertebantur, occurritque jam Ca-
 pitulare, seu Mandata a Gregorio II. Pa-
 pa Martino Episcopo, Georgio Pres-
 bytero, & Dorotheo Subdiacono, qui
 ambo ad Ecclesiam Romanam pertine-
 bant, injuncta, in Bavariam profecturis.
 Hoc Capitulare datum 15. Martii, anno
 Anastasii Imperatoris tertio, id est anno
 Salutis 716. tredecim Articulos comple-
 ctitur, in quibus Papa in hunc ferme
 modum loquitur: *Ubi Epistolas nostras
 reddideritis, cum Duce illius Provinciae
 deliberabitis, ut congregetur Conventus
 Sacerdotum, Judicum, & omnium illius
 Gentis Primorum. Tum examinatis
 Presbyteris & Ministris, illis, quorum
 ordinationem Canonicam & Fidem puram
 probaveritis, dabitur potestatem sacrifi-
 candi, ministrandi, & cantandi. Jube-
 bitis observari Traditionem Ecclesie Ro-
 manae. Ceteris, qui vobis non probabun-
 tur,*

Baviere. to.
 6. Conc. p.
 1452.

c. I.

R r 2

tur,

Sæcul. VIII.

A. C. 716.

c. 2.

c. 3.

c. 4.

c. 5.

c. 6.

tur, omne munus interdicitis, & Successores dabit. Curabitur etiam, ut in quolibet Ecclesia Missa, officia diei ac noctis, & Sacrarum Scripturarum Lectiones observentur. Episcopatus consideratis locorum distantis, & cujuslibet Ducis jurisdictione, creabitur, & cuilibet Sedi terminos ponetis. Si tres aut quatuor Sedes constitueritis, majorem Archiepiscopo reservabitur, & congregatis tribus Episcopis novos ordinabitur ex Auctoritate S. Petri. Si virum inveneritis dignum, qui in Archiepiscopali Sede collocetur, aut datis litteris vestris eum ad nos dirigatis, aut vobiscum adducetis. Si talem non inveneritis, id nobis indicabitur, ut nos eorum utilem eo mittamus. Illis, quos Episcopos ordinaveritis, præcipietis, ne unquam Ordinationes illicitas præsumant, & quinam irregulares sint, speciatim docebitis. Præcipietis, ut Ecclesia Bonæ custodiant, & in quatuor partes dividant. Ordinationes non nisi temporibus præscriptis faciant, & Baptismum non nisi in Paschali Festivitate & Pentecoste nocuerint esse præbendum, exceptis his, quorum mortis periculum urget. Ceterum tota Religio subjacet Episcopo, & omnes Christiani ei obedire tenentur.

De Matrimonio docebitis; Nuptias sub prætextu Continentiæ non esse damnandas, nec per licentiam nubendi occasiones form

fornicandi esse præsumendam. Prohibete
 divortium, polygiam, conjunctionem
 incestam affinium. Docete, continentiam
 nuptiis esse meliorem. Item in perceptio-
 ne ciborum nihil judicetur immundum,
 nisi quod fuerit Idolis immolatum. Ne-
 mo ad somnia vel auguria attendat. Pro-
 hibete incantationes, maleficia, & cer-
 torum dierum observationes. Nemo in
 die Dominica, aut in Festis Nativitatis
 Domini, Epiphaniæ, Ascensionis jejUNET.
 Non recipiantur oblationes dissidentium.
 Docete, omnes pœnitentia indigere pro-
 pter peccata quotidiana. Docete Resur-
 rectionem corporum, & æternitatem pœ-
 narum inferni. Damnate illos, qui som-
 niant, Dæmones ad Dignitatem Angeli-
 cam aliquando reducendos. Talia sunt
 Mandata, quæ Grægorius II. Papa misit
 in Bavariam.

Sæcul. VIII.
 A. C. 716.

c. 7.

c. 8.

c. 9.

c. 10.

c. 11.

c. 12.

c. 13.

§. XXXI.

S. Rupertus Salisburgensis.

Bavaria illa tempestate duos habebat
 Episcopos celeberrimos, S. Rupertum
 Salisburgensem, & S. Corbinianum Frisin-
 gensem, ambos natione Francos. S. Ru-
 pertus, seu nostra pronunciatione *Robert*,
 ex Regia Francorum stirpe natus, erat
 Episcopus Wormatiensis anno secundo
 Childerici III. regnantis, anno vero Sa-
 lutis

Act. SS.

Ben. to. p.

339.

Rr 3

lutis

Sæcul. VIII.
A. C. 716. luti sexcentesimo nonagesimo sexto.
Cum Sancti Viri fama usque ad Theodo-
nem Ducem Bavarix pervenisset, missis
ad eum Legatis instantissime rogavit, ut
ad erudiendam in Fide Provinciam No-
rici veniret. S. Episcopus primum Pra-
dicatores misit, & deinde ipse secutus a
Duce usque ad Civitatem Ratisbonensem
sibi occurrente inter maximæ lætitiæ &
honoris signa exceptus est. Igitur S. Ru-
pertus eundem tam in moribus Christia-
num decentibus, quam in fide eruditum
cum multis suæ Nationis & illius populi
Optimatibus baptizavit. Aliunde constat,
jam Regis Theodorici I. ætate Bavaros
Christianam Religionem suscepisse, idque
ex Legibus, quibus illa natio vivebat, di-
spicitur. Ergo credibile est, Hæreticos,
puta Bonosiacos, aut Photinianos, quo-
rum Baptismus nullus erat, irrepsisse, vel
Regum inertium socordia factum, ut illi
populi in Idololatriam fuerint relapsi.

Dux Theodo ad Fidem conversus S.
Ruperto promisit, se locum ad erigen-
dam Cathedram Episcopalem daturum,
Ecclesias quoque, & Clericis Domos adifi-
ficaturum. Sanctus Episcopus secundo
Danubio devectus, usque ad fines Pann-
noniæ inferioris venit, Fidem prædicans
& in reditu divertit ad urbem Laurean-
censem, olim Norici Metropolim, qui lo-
cus

cus hodie *Lorch* dicitur, (*) ubi ægrotos Sæcul. VIII.
 fusis ad Deum precibus sanavit, & mul- A. C. 716.
 tos ad Fidem convertit. Cum deinde
 comperisset, in quodam loco, qui Juva- S. Rupertus
 via dicebatur, quondam multa ædificia in Norico.
 miræ artis stetit, tunc pene collapsa, &
 natis arboribus impedita, illo ipse se
 contulit, locumque sibi concedi a Duce
 Theodone expetiit, qui eum cum Regio-
 ne circumjacente ad duas Leucas exten-
 sa lubens Episcopo donavit. S. Ruper-
 tus ibidem Sede sua Episcopali fixa Eccle-
 siam magni decoris in honorem S. Petri
 cum claustro & Clericorum, id est, Mo-
 nachorum Cellis extruxit, ut ibi singulis
 diebus officium Divinum celebraretur.
 Hoc Monasterium S. Petri Ordinis S. Be-
 nedicti hodieque Salisburgi, quæ urbs
 antiqua Juvavia est, floret; (**) at Sedes
 Rr 4 Episco-

(*) Imo nec istud nomen hodie occurrit.
 Hübnerus in suo Lexico scribit, superesse ruder-
 ra hujus Civitatis.

(**) His diebus, quibus hæc scribo, mense
 Junio anni currentis 1759. præclarum Opus, quod
 novissime e prælo exiit hoc Titulo: Monotesta-
 ron Evangelicum seu Historia Evangelica
 Opera & studio DD. Godefridi Kröll, Antiq.
 Monast. ad S. Petrum Salisburgi O. S. P. B. Ab-
 batis. Illustratum per DD. Bedam Seeauer DD.
 Authoris in Abbatia immediatum Successo-
 rem

Sæcul. VIII. Episcopalis ad Ecclesiam S. Ruperti trans-
 A. C. 716. lata fuit.

*Act. to. 3.
p. 348.*

*Martyr. R.
27. Mart.*

Cum S. Episcopus adiutoribus indi-
 geret, qui in vinea Domini collaborarent,
 in patriam suam reversus, inde adduxit
 viros duodecim cum Erentrude Nepe-
 sua, Virgine Deo Sacra, cui Monaste-
 rium fundavit Sanctæ Virginis honori de-
 catum in monte proximo. Hinc ille ab
 accolis *Nunnberg*, id est, Nonnarum
 mons dictus; Sancta vero Erentrudis
 prima Abbatissa Sanctimonialibus præ-
 fuit. Interim S. Rupertus totam illam
 Regionem lustrabat, Ecclesias ædificabat,
 & Clericos ordinabat. Tandem designa-
 to sibi Successore ad cælum evolavit an-
 no 718. in ipsa Paschali Festivitate die vi-
 gesimo septimo Martii, quem Ecclesia
 ejusdem honori consecravit.

§. XXXII.

rem &c. mittente Bibliopola Augustano, cu-
 jus sumptibus impressum est, avidus accep-
 ne dubium esse non potest, quin Theologie &
 Historiæ Sacræ studium in illis S. O. Nostri Mo-
 nasteriis floreat, in quibus Reverendissimi DD.
 Præsules ad illud excolendum Religiosos suos
 Alumnos non solum hortatu & Gratiis favori-
 bus excitant, sed etiam efficaci exemplo trahunt.
 Plura de hoc Monasterio aliunde celeberrimo,
 cui nostrum ob recens & singulare beneficium
 devinctum est, dicere superfluum foret.

§. XXXII.

Sæcul. VIII.

A. C. 716.

S. Corbinianus Frisingensis.

Sanctus Corbinianus prope Parisios in loco, qui Castrus * dicebatur, natus, * Chastres. a prima ætate totum Deo se consecravit, & ad Ecclesiam S. Germani de Castro se recepit, ubi cum suis familiaribus Monachorum vitam ducere cœpit. Multis ad se divertentibus, ut Doctrinam audirent, *Act. SS. B. to. 5. p. 500.* & dona afferentibus, ipse non nisi ad vitam sustentandam necessaria accipiebat, & cetera erogabat in pauperes. Fama Sanctitatis ejus usque ad Pipinum Palatii Magistrum pervasit, qui Sanctum Virum rogavit, ut pro se Deum oraret, cumque Optimatum præcipui frequenter ad eum venirent, relicta Cellula, in qua annos quatuordecim exegerat, Romam profectus Summi Pontificis (quem Constantinum fuisse conjicere est) conspectum subiit. Illi S. Corbinianus animi sui angustias aperuit, & metum, ne commercium cum Sæcularibus, eorumque oblationes sibi Spiritualis ruinæ causa essent. At Papa, explorato suorum consilio, tantum lumen candelabro imponendum esse ratus, Corbinianum per omnes gradus evectum Episcopum ordinavit, Palliumque contulit & potestatem cum Benedictione S. Petri per totum terrarum orbem Fidem prædicandi.

Rr 5

Ob-

Sæcul. VIII.
A. C. 716.

Obtemperavit Pontifici Corbinianus, et si animus summopere reluctaretur, & reversus per totam Galliam maximo populorum, Monachorum, Clericorumque fructu prædicavit. Plurimorum haud dubie Episcoporum tepor, & Disciplinæ in Galliis ruina Pontificem impulerit, ut, insolitam alias, Missionem decerneret.

c. 7. S. Corbiniano ad Pipinum, qui eum accersiverat, eunti, latro in via occurrit, nomine Adalbertus, jam jam patibulo jungendus; cumque Vir Sanctus obtinere non posset, ut differretur supplicium, donec Pipino collocutus fuisset, reum a turba semovet, confessionem omnium suorum peccatorum ex eo elicit, atque propositum vitam emendandi & renunciandi Sæculo, tum Signum Crucis in Capite ejus & pectore format, & tandem in manibus satellitum relinquit. Inde viam suam pergit, & ad Pipinum perveniens rogat, ut sibi Adalbertum vel vivum vel mortuum donec Impetravit, quod petebat, misisset ad locum supplicii, ubi tertio die ad vesperam adhuc vivus inventus est. Prodi-

S. Corbinianus. gio id factum omnes credidere. Adalbertus vero sincero corde conversus a suo Servatore separari noluit, fidelissimus exinde S. Viri Discipulus. Interim S. Corbinianus, honoris, quo se cum

cuncti prosequerentur, impatiens, ad Sæcul. VIII.
 pristinum suum Monasterium de Castro A. C. 716.
 rediit, ibique iterum annis septem ver-
 satus est. Sed fama ipsius in dies crescen-
 te Romam ire constituit, Pontificem ro-
 gaturus, ut se ab onere Episcopali libe-
 raret, & in aliquo Monasterio sub Regi-
 mine Præpositi de manuum suarum labo-
 re vivere concederet.

Ergo ut iter suum omnes lateret, a
 via publica in Galliis declinans, per Ger-
 maniam transit, & in Noricum perve-
 nit, ubi aliquamdiu moratus populum
 illum S. Ruperti laboribus nuper con-
 versum prædicatione sua in Fide confir-
 mavit. Perbenigne S. Episcopum ex-
 ceperunt Dux Theodo, Liberi ejus,
 & Regionis illius Optimates, qui in
 primo Conversionis suæ fervore Epis-
 copos diligebant. Dux invitatum ad se,
 cum diutius retinere non posset, mune-
 ribus cumulatum dimisit. Ipse Dux
 Theodo sub illud tempus anno 716. In-
 dictione decima quarta Romam profe-
 ctus, suæ nationis primus extitit, qui
 Devotionis causa ad limina Apostolorum
 fuerit peregrinatus. Haud diu postea
 Theodo e vita excessit.

Grimoaldus quoque, Theodonis filius,
 uni Provinciæ a Patre præfectus, S. Cor- Anast. in
 binianum iter facientem susceperat, & Greg. II.
 Doctrinæ ejus suavitate captus enixe ro-
 gabat,

Sæcul. VIII. gabat, ne a se discederet, promittebatque, se ei in Ditione sua partem sicut Libris suis daturum. Tandem a suis Prætorianis usque in Italiam deduci iussit.

A. C. 716.
vit. c. 15. & ib. Mabill. S. Corbinianus Romam secundo perueniens anno, ut credunt, 717. in Conspectum Gregorii II. Papæ deductus, & ad pedes Sanctissimi Patris provolutus surgere, & penes eum consistere iussus est. Tum S. Episcopus donis magni pretii oblatis, omnia, quæ sibi difficilia, & suæ Salutis obstacula esse videbantur, Pontifici explicavit; honoribus se & bonis terrenis abundare, non muris, non claustris satis posse occultari. Igitur rogare, & inter largos fletus obtestari, ut Dignitatem sibi collatam Sacra Sedes adimeret, & in Monasterio latere, aut in silvis remotis agellum excolere liceret. Papa viri humilitatem admiratus, eodimisso, convocavit Synodum, in qua unanimum voce decretum, ut S. Corbinianus in opere Prædicationis perseveraret. Igitur a Papa iterum vocatus, cum præsentium argumentis nihil opponere posset, & Papæ Auctoritati resistere non auderet, Roma tristis discedens rediit in Bavariam.

c. 18. In itinere S. Vir comprehenditur a costodibus, quibus Grimoaldus Dux mandata dederat, ne sinerent eum abire, nisi promitteret, se ad eum diversurum. Verum

rum S. Corbinianus, cum ad Arcem Ducis pervenisset, misit qui indicarent, se in conspectum ejus nequaquam venturum, nisi Piltrudem, Fratris sui Theodoaldi viduam, quam duxerat, dimitteret, & quia morem gerere detrectabat Princeps, ejus conspectum subire constanter recusavit, per alios continuo exhortans, ut ad pœnitentiam se adduci paterentur. Postquam diebus omnino quadraginta tenuisset contentio, promittentes, quod separari vellent, S. Episcopus ad se vocavit. Ambo in terram prostrati & pedes Episcopi amplexi, grave peccatum se admisisse confessi sunt. S. Corbinianus super capita amborum manus imponens, & Crucis signum formans, in pœnitentiam elemosynas, jejunia, & preces injunxit. Tum Domum ingressus cum Principibus cibum cepit. Sedem vero suam Cathedrali fixit Frisingæ, quæ civitas antea Fruxina dicebatur, ædificavit Ecclesiam S. Virgini & S. Benedicto Sacram, Monachosque, qui Divinum officium peragerent, induxit. Hæc Ecclesiarum Cathedralium in Bavaria initia fiere.

§. XXXIII.

Monasterium Montis Cassini restauratur.

Sub illud tempus Gregorius II. Papa ad redu-

Sæcul. VIII.
A. C. 716.

c. 20.
Otto Frising.
Sing. lib. V.
Ch.

Sæcul. VIII. A. C. 716. reducendam Disciplinam Monasticam in Italia nervos contendebat. Ad restituendum Monasterium Montis Cassini octo annos circiter centum quadraginta a Longobardis vastatum misit Petronacem civem Brixiensem, qui cum Romano studio Pietatis venisset, Institutum Monasticum amplexus fuerat. Huic Petronacem socios dedit aliquot Fratres ex Monasterio Lateranensi temporibus Pelagii II. Pontificis a Monachis Montis Cassini Romam confugientibus fundato. Petronacem cum sua Societate ad Montem Cassinum perveniens, invenit aliquos Anchoretas, homines admodum simplices, in rudibus antiqui Monasterii habitantes, cumque in unam congregationem coire placeret, Petronacem sibi postularunt in Præpositum, qui itaque a S. Benedicto Abbas numero sextus habetur. Is Monasterium collapsum erexit, veterem Ecclesiam S. Martini ampliavit, Altare extruxit in honorem S. Virginis & SS. Martyrum Faustini & Jovite, & deposuit unius Sanctorum istorum reliquiarum, Brixia, patria sua allatum, ubi Martyrium passi fuerant. Unde discimus, jam illo tempore in Occidente morem fuisse Sanctorum Corpora truncare. Ceterum Montis Cassini Monasterium reparatum est anno 718. & exinde extitit celeberrimum, quippe illius Regula

Sup. lib.

XXXIV.

§. 34.

Paul. Diac.

VI. hist. c. 40

Leo Mars.

Chr. Cass.

lib. I. c. 4.

Regulæ S. Benedicti sensum & explicacionem, tanquam ex fonte hauriendam, crediderunt. Petronacem autem in hoc opere egregie adjuverunt tres illi consanguinei Paldon, Tason & Taton, qui, ut supra vidimus, Monasterium S. Vincentii prope fontes Vulturini, duodecim millibus, seu duodecim Leucis a Monte Cassino distans, fundaverant.

Sæcul. VIII.
A. C. 716.

Sup. §. 6.

Præterea Gregorius II. Papa Monasteria Romana prope Ecclesiam S. Pauli, quæ jam diu in pulvere jacebant, reparavit, & Monachos invexit, qui diu noctuque Laudes Divinas cantarent. Attamen jam anno 713. in ipsa Ecclesia S. Pauli Constantino Papa sedente Monasterium Virorum existerat. Item Gregorius II. Hospitium pro senibus erectum, quod post Ecclesiam S. Mariæ Majoris stabat, in Monasterium convertit, & Monasterium S. Andreae, quod de Barbara dicebatur, ita desertum, ut ne quidem unus Monachus superesset, restituit. Utriusque Congregationis Monachi singulis diebus noctibusque ad psallendum in Ecclesia S. Mariæ conveniebant. Honestæ Gregorii Papæ Matre defuncta, Domum suam Deo consecravit, & ibidem Monasterium honoribus S. Agathæ dedicatum a fundamentis condidit, cui multas aedes in Civitate, & ruri fundos, donavit. In eadem Ecclesia S. Agathæ Ciborium

Anast.

Att. 2. ap.
Baro. an.
713. n. 7.

Sæcul. VIII. borium seu Tabernaculum argenteum
 A. C. 716. septingentarum viginti librarum confici
 curavit. Item arcus argenteos sex, sin-
 gulos librarum quindecim, & decem ca-
 nistra librarum duodecim, ut alia dona
 silentio involvamus. Omnia dona ar-
 gentea, quæ Gregorius largitus est, non-
 gentas triginta libras, aut mille tre-
 centas nonaginta quinque marcas exæ-
 quant.

§. XXXIV.

S. Ceolfredi Obitus.

Illa ætate Angli peregrinationibus Ro-
 manis delectabantur, & S. Ceolfredum
 Abbatem Viremuthensem in illa profe-
 ctione fata occuparunt. Cum senectus
 te gravis non amplius posset Discipulos
 suos proprio labore erudire, nec perfe-
 ctum rigoris Monastici exemplum præ-
 bere, re diu multumque pensata opti-
 mum factu ipsi visum, si curaret alium
 eligi Abbatem, & ultimos vitæ dies Ro-
 mæ transigeret, quo olim juvenis cum
 S. Benedicto Biscopio Magistro suo pere-
 grinatus fuerat. Monachi quidem hien-
 tes & genua Senis amplectentes aliam ei
 mentem indere conabantur, sed ille dis-
 cessum urgebat, veritus, ne in itinere
 moreretur, aut ab Optimatibus illius Ro-
 gionis retardaretur. Ergo tertio die, ex
 quo propositum suum aperuerat, summo
 mane

Be. de sex
Act. vit. ex
Be. to. 2.
Act. SS. B
p. 1010.
to. 3. p. 292.

mane Missa celebrata, praesentes Com-
 munionem acceperunt, tum in Ecclesia
 S. Petri congregatis S. Ceolfridus, stans
 in gradibus Altaris & thuribulum in
 manu habens omnibus pacem dedit.
 Cantatae sunt Litaniae, quas Fratrum ge-
 mitus interrompebant, & omnibus Sa-
 cellum S. Laurentii, quod in Dormito-
 rio erat, ingressis ultimum vale dixit.
 Demum abeuntem deduxerunt usque ad
 ripam fluminis cum Cruce aurea proce-
 dentes, Diaconis accensos cereos gestan-
 tibus. Ibi cunctis genua flectentibus
 denuo oravit, & cum sociis avectus est,
 in duobus Monasteriis Jaroviensi & Vi-
 remuthensi sexcentos ferme Monachos
 relinquens. S. Ceolfrido recedente Mo-
 nachi unanimi consensu elegerunt Huc-
 bertum Abbatem, qui illico ad S. Ceol-
 fridum se contulit, necdum enim mare
 trajecerat. Ille non modo approbavit
 hanc electionem, sed etiam a novo Ab-
 bate litteras commendatitias ad Grego-
 rium II. Papam accepit. Sed cum in Fran-
 ciam pervenisset, morbo fractus, apud
 Hingonas migravit ad Dominum FERIA VI.
 vigesimo quinto Sept. an. Salutis 716. an-
 nos natus septuaginta quatuor, Presbyteri
 gradu functus annis quadraginta septem,
 & munere Abbatis triginta quinque. (*)
 Sepul-

Saecul. VIII.
 A. C. 716.

(*) Hier lauffet eine ganz kurze Anmerkung un-
 Hist. Eccles. Tom. IX. Ss fers

Sæcul. VIII. Sepultus est in Monasterio Sanctorum
 A. C. 716. Martyrum Speusippi, Eleusippi, & Me-
 leusippi, media Leuea ab urbe distante,
 quod hodie vulgo *Saint Geome*, id est,
 Sanctorum Gemellorum appellatur.

Eodem

fers Protestants von Worte zu Worte also: Die-
 se Rechnung ist unrichtig. Ceolfried muß
 entweder älter geworden seyn, oder er kann
 nicht so lang Priester und Abt gewesen seyn,
 und wenn er auch vom Mutterleibe an Prie-
 ster gewesen wäre. Nun aus dieser Rechnung
 folget nichts anders, als daß der Heilige Ceolfried
 sieben und zwanzig Jahr alt gewesen seyn müßte,
 als er Priester geworden, und werden diese Jahre
 in den Act. SS. Ben. m. pag. 283. Sæc. III. Ben-
 eben also angezehlet. Dieses ist das letzte Mei-
 sterstück unsers Uebersetzers in seinem sechsten Thei-
 le. Denn ich sehe keine Anmerkung mehr.

Wie muß aber einem ehrlichen Protestanten,
 wenn ihn nicht gar das Vorurtheil so blind als er
 Stück Holz gemacht hat, zu Muthe seyn, da er
 der Uebersetzung der Kirchengeschichte immer von
 Einweihung der Bischöffe und Priester, von Con-
 cilien, in welchen alle Gebräuche der Römischen
 Kirche bestätigt werden, von der Gewalt der Röm-
 ischen Päbste, welche die ganze Kirche anerkannt,
 von Missionen und Bekehrungen der Heyden, son-
 derlich in Deutschland, welche alle durch die Ver-
 anstaltung der Römischen Päbste geschehen, von
 der Stiftung so vieler hundert Klöster, vom Ge-
 storbenen, von der Enthaltung, vom Gebeth für die
 gestorbenen, von der heiligen Messe &c. zu schreiben
 hat?

Eodem anno 716. Monachi Hiberni Sæcul. VIII.
 in Insula Hya tandem relicto Schismate A.C. 716.
 Consuetudinem Ecclesiæ Catholicæ de Be. V. hist.
 celebrando Paschate & Tonsura Eccle- c. 23. Elog.
 siastica receperunt. Ad hanc concor- to. 3. SS.
 diam reducendam usus est Deus opera Ben. p. 489.
 Sancti Egberti Angli, qui in Hibernia vi-
 tam Monasticam amplexus fuerat; cum
 enim ad Monasterium Hyanum venisset,

ss 2 &

hat? Sollte es ihm wohl niemals zu Sinne kom-
 men, daß die Römische Katholische Gemeinde die
 wahre Kirche Christi gewesen sey, weil man keine
 andere, die sichtbar gewesen wäre, bestimmen kann?
 Es antwortet zwar der Herr Johann Mosheim in
 seiner Vorrede zu der Geschichte der Schlangen-
 brüder, wenn es Gott gefallen hat zuzulassen, daß
 seine Kirche nach den ersten Jahrhunderten unsicht-
 bar geworden bis auf Luthers Zeiten, so könne
 gleichwohl nur ein Unsiuniger von den Protestan-
 ten verlangen, daß sie wegen der Verfügung G^ot-
 tes Rechenschaft geben sollten. So wohl! ich fra-
 ge aber: hat Christus der H^oerr wollen eine sicht-
 bare Kirche bauen, warum hat er zugelassen, daß
 sie so viele hundert Jahre unsichtbar verblieben?
 hingegen hat er wollen eine unsichtbare Kirche stif-
 ten, warum ist sie, nach dem Geständnisse des Herrn
 Mosheim selbst, die ersten drey Jahrhunderte und
 hernach von Luthers Zeiten her sichtbar gewesen?
 oder hat vielleicht Christus wollen eine Kirche stif-
 ten, welche bisweilen sichtbar, bisweilen unsicht-
 bar seyn sollte? Diese Antwort, Herr Mosheim,
 könnte schlechter nicht seyn.

Sæcul. VIII.
A. C. 716.

& honorifice exceptus fuisset, vir eruditissimus & zelo plenus bonis his Monachis facili negotio persuasit, ut perverfam suam Traditionem abjicerent. Eodem tempore Regulam S. Benedicti receperunt. S. Egbertus postmodum annis tredecim in hac Insula commoratus diem obiit anno 726. in Festo Resurrectionis Domini vigesimo quarto Aprilis, quo die Ecclesia ejus memoriam celebrat.

Mart. Rom.
24. Apr.

§. XXXV.

S. Bonifacii Moguntini initia.

Act. SS. Bæ.
to. 4. p. 1. &c.
89.

Non aliud majus lumen illa ætate Ecclesia Anglicana habuit, Sancto Bonifacio Germaniæ Apostolo, qui in Saxonia Occidentali, atque ut creditur, Kirtoni in Comitatu Devonix circa annum 680. in lucem editus, & Anglica lingua *Omnifrid* vocatus, puerulus Institutum Monasticum, in illo loco, in quo hodie urbs Exonia stat, amplexus est. Inde ad Monasterium Nuscellense, ubi Musæ studiosius excolebantur, translatus, Grammaticæ, Poeticæ, & Interpretationi Sacrarum Scripturarum tam secundum sensum Historicum & Litteralem, quam Spiritualem, operam dedit, & mox ipse ad docendos alios admotus est. Exinde annum agens trigessimum anno Incarnationis circiter 710. jubente Abbate suo Presbyter

byter ordinatus majore quam antea zelo conversioni populorum, & animarum Saluti incubuit. Cum aliquando urgente necessitate illius Provinciae Episcopi non expectatis Berthualdi Archiepiscopi Cantuariensis Mandatis in Synodum convenissent, missus est ad eum ex licentia Regis Inae Owinfridus Presbyter, qui hujus rei rationem redderet, atque ex eo tempore saepe ab Episcopis congregatis ad Synodum vocatus est.

Ipse vero humanis laudibus nullatenus delectatus, statuit patriam relinquere, & conversioni Infidelium insudare; igitur postquam consensum Abbatis & Congregationis aegre impetrasset, comitantibus duobus Monachis discedens, circa annum 716. in Frisiam delatus est. Verum cum videret bellum exarsisse inter Carolum Francorum Principem, & Regem Radbodum, qui in Frisia, antea Francis subjecta, Idololatriam revexerat, & Christianos persequeretur, venit Owinfridus Ultrajectum cum ipso transacturus, & intelligens, nihil pro Fidei incremento in illa Regione agi posse, in Angliam cum sociis revertens ad Monasterium suum Nuscellense rediit.

Radbodus Rex Frisonum S. Wulframum fidem praedicantem auscultaverat, & Baptismum recepturus erat. Jamque pedibus fontes contingebat, cum observavit

Saecul. VIII. 2
A. C. 716.

c. 4.

Sup. n. 2. c. 9.
vita S. Wulf.
to. 3. Act.
SS. Ben.
p. 361.

S s 3

cravit

Sæcul. VIII.

A. C. 719.

Radbodi
Quæstio.

cravit S. Episcopum, ut sibi diceret, ubi jam esset major numerus Regum Principumque, qui Frisonum nationi imperaverant, an in Paradiso, quem sibi ipse pollicebatur, delectarentur, vel in inferno, quem comminabatur, torquerentur. *Cave ne te ipsum, O Rex! fallas*, respondit S. Wulframus, *Principes Antecessores tui, qui ad Baptismi Gratiam non pervenerunt, certissime damnati sunt; sed quicumque amodo crediderit, & baptizatus fuerit, cum Jesu Christo æternis gaudiis fruetur.* Tunc Radbodus pedes e fontibus baptismalibus retrahens dixit: *A me ipso impetrare non possum, ut societatem Principum Antecessorum meorum deseram, & cum paucis pauperibus illud Regnum Cælestæ adire velim. Nequeo novæ Doctrinæ fidem adhibere; malo antiquam Nationis meæ Religionem sequi.* Et quidquid S. Wulframus opponeret, eum ab ista sententia dimovere non potuit, interim multis aliis Frisonibus Fidem amplectentibus.

Nihilominus post aliquod temporis spatium petiit, ut ad se veniret S. Willebrordus in eadem Regione tunc predicans, quem cum S. Wulframo consulere, qua ratione fieri posset, ut Christianus esset, & antiquam Religionem non abjiceret. S. Willebrordus legatis ejus respondit: *Postquam Princeps vester*
Fratri

Fratris nostri S. Episcopi Wulframi mo- Sæcul. VIII.
nita respuit, quomodo me auscultabit? A. C. 719.

Vidi eum hac nocte alligatum ignita ca-
tena; proinde nullus dubito, quin jam
in æterna damnatione ejulet. His dictis
S. Willebrordus itineri tamen se dedit,
Regem Radbodum aditurus; sed in via
comperit, eundem sine Baptismo mor-
tuum esse, & statim viam relegit. Hæc
anno 719. contigerunt.

At S. Wulframus postquam in Frisia
annis quinque prædicasset, Gerico sibi
in Successorem in Ecclesia Senonensi ordi-
nato ad Abbatiam Fontanellensem re-
versus, ibidem dies suos sanctissime clau-
sit anno 720. vigesimo Martii, quo Eccle-
sia ejus memoriam honorat.

Mart. Rom.
20. Mart.

Haud ita longo tempore Owinfridus
Presbyter post reditum in Monasterio suo
Nuscellensi fuerat, cum mortuo Abba-
te Congregatio ipsum eligere voluit;
quam Dignitatem recusans, cum Episto-
lis commendatitiis Episcopi sui Romam
profectus est. Erat autem Episcopus
Vintoniensis Daniel tam virtutum splen-
dore quam Doctrina celebris. Ubi O-
winfridus Romam pervenit, & Grego-
rii II. Papæ conspectum subiit; sanctissi-
mo Patri exposuit desiderium suum, con-
versioni Infidelium insudandi. Papa
hilari vultu accedentem intuitus inter-
rogavit, an Epistolas Episcopi sui habe-

vit. c. 5.

Sæcul. VIII.
A.C. 719.

Ap. Bonif.
ep 33.
Sup. Lib.
XXXIX.
§. 28.

vit. per Othl.
l. i. c. 9. epist.
I. Greg. tom.
6. Conc.
p. 1437.

ret. Tunc Owinfridus Epistolam, quam pallium tegebat, obfignatam & ad Papam directam producit, alteramque apertam, nempe communem & ad omnes Christianos commendatitiam secundum consuetudinem, cujus meminimus, cum Formulas Marculfi attulimus. Tunc Pontifex nutu significavit, ut digrederetur, & lectis morose Episcopi Daniels Epistolis, sapius deinde cum Owinfrido miscuit colloquia, dum tempus adveniret, nimirum vernale, quo profectionem exordiretur. Cum illud adesset, Reliquias abituro dedit, & Mandata prædicandi Evangelium omnibus nationibus infidelibus, ad quascunque devenurus esset. Item Infideles baptizandi juxta Ritus Ecclesiæ Romanæ. Jussus est etiam Papam per Epistolas monere, si quid ad negotium sibi commissum feliciter perficiendum deesse videretur. Hæc Epistola decimo quinto Maji, anno Leonis Imperatoris tertio Indictione secunda, id est, reparatæ Salutis 719, data est.

Cum hac Epistola Owinfridus primo in Longobardiam delatus, & a Rege Luitprando honorifice exceptus est. In Bavariam peragravit, tum in Thuringiam veniens Mandata sua de Fide prædicanda implere cœpit. Ergo Fidem Principibus & populo annunciabat, ut omnes

omnes ad cognitionem veræ Religionis, Sæcul. VIII.
A. C. 719.
in his Provinciis depravatæ & perverso-
rum Doctorum perfidia pene extinctæ re-
duceret. Quamvis enim aliquos Epis-
copos & Presbyteros in Dei servitio fer-
vidos invenisset, erant tamen & alii, vi-
tio incontinentiæ inquinati, quos ad vi-
tam secundum Canones instituendam
maxima, qua valebat, dicendi vi exhor-
tabatur.

Inter hæc comperta Regis Radbodi
in Frisia morte vehementer gaudebat,
viam ibi ad prædicandum Evangelium
esse apertam, atque illico se illuc con-
tulit cum S. Willebrordo in pio labore
operam juncturus sub Tutela Caroli Prin-
cipis, jam Frisiam imperantis. Felix hoc
nuncium communicavit Bugæ, seu Erd-
burgæ Abbatissæ in Regione Cantiorum,
rogans eam, ut sibi Acta Martyrum mit-
teret. In Epistola responsoria rogat
Abbatissa Owinfridum, ut Missas offe-
rat pro anima cujusdam sibi propinqui
defuncti, mittitque solidos aureos quin-
quaginta & tegumentum Altaris. O-
winfridus tribus annis cum S. Wille-
brordo in Frisia laborans multos popu-
los convertit, templa & Idola evertit, Ec-
clesias ædificavit.

Cum S. Willebrordus senio debilis
Owinfridum sibi in Successorem exopta-
ret, recusavit ille, atque S. Episcopo ve-
hemen-

Sæcūl. VIII. hementer instanti tandem objecit, sibi
 A. C. 719. a Summo Pontifice destinatum fuisse
 Prædicandi munus apud nationes Ger-
 maniaë Orientalis, rogavitque, ut, quod
 promississet, implere liceret. Itaque S.
 Willebrordo consentiente, sibi que suam
 vit. c. 7. Benedictionem impertiente, Owinfridus
 illico itineri se dedit, atque in quemdam
 locum in Hassia vulgo *Amanaburch* seu
 Omenburgum dictum pervenit, ubi duo
 Fratres Arcis Domini, licet nomen Chri-
 stianorum gererent, Idolis serviebant.
 Hos Vir Sanctus cum magna populi
 multitudine convertit, & Monasterium
 in loco sibi a duobus Dominis donato
 extruxit. Inde ad fines Hassia, qua Sa-
 xoniam contingit, divertens multa Infi-
 delium millia convertit & Sacro Baptif-
 mo abluit.

§. XXXVI.

S. Gregorii Ultrajectensis initia.

In hoc itinere Owinfridum comitaba-
 tur Juvenis nomine Gregorius, exin-
 de inter S. Viri Discipulos insignis, natus
 ex nobili Francorum genere, filius Albe-
 rici, cujus mater Adela seu Adula ex Re-
 ge Dagoberto II. genita erat. Owin-
 fridus, cum ex Frisia in Hassiam digre-
 deretur, Palentiam, lingua vulgari *Fals*
 prope Treviros perveniens, ubi Adela
 Monasterium, cui Abbatisa præerat,
 funda-

vit. to. 3. *Ant.*
SS. Ben. p.
 321.
 v. tom. 3.
 p. 532.

fundaverat, omnibus Charitatis officiis Sæcul. VIII.
 recreatus est. Postquam Sacris, quod A. C. 719.
 ferme singulis diebus solebat, operatus
 fuerat, cum Abbatissa ejusque familia ad
 capiendum cibum assedit, & ad mensam
 Scripturam Sacram jussus est legere Gre-
 gorius, adolescens quindecim ferme an-
 norum, nuper scholas & ephebos egres-
 sus, adhuc dum laicus. Huic igitur da-
 tus est Evangeliorum liber, & accepta
 benedictione legere incipiens, lectoris
 officium egregie implevit. Tunc ad
 eum Presbyter: *Bene legis, fili mi! si e-
 tiam, qui legis, intelligis.* Respondit
 ille, se id non ignorare, & lectionem
 profecutus est. Presbyter legentem in-
 terpellans ait: *Fili mi! non istud quæ-
 ro, sed volo, ut, quæ legis, in patria tua
 lingua mihi explices.* Juvene fatente,
 quod id non posset, S. Presbyter dixit:
Vis, ut ego explicem? responditque
 puer: *Oro, ut facias!* Tunc Owinfri-
 dus! *Repete, quæ legisti, voce distincta.*
 Indeque captata occasione Abbatissam
 & totam illam familiam Verbum Dei e-
 docuit. Hic dispicimus, Sacras Scriptu-
 ras in lingua latina fuisse lectas.

Gregorium Owinfridi sermones us-
 que adeo commoverunt, ut Abbatissam
 Aviam suam adiret, & profiteretur, se
 velle cum Viro Sancto proficisci, a quo
 S. Scripturarum sensum disceret, & ejus
 Disci-

Sæcul. VIII. Discipulus fieret. Renuit primum Ab-
 A. C. 723. batissa nolens, ut virum sequeretur sibi
 ignotum, cum etiam nescirent, quo itu-
 rus esset. At Gregorius: *Si equum mihi
 non concedis, pedibus sequar.* Tandem-
 que constantissime id flagitanti datis e-
 quis famulisque permisit, ut abiret.

Ceterum difficillima profectio fuit
 præsertim adolescenti paternæ domus
 deliciis assueto, nam in Thuringiam per-
 venientes eam a Saxonibus, vicinis po-
 pulis, & Deorum cultoribus, incensam
 & vastatam habuerunt. Tanta pauper-
 tas premebat incolas ut vix ossibus hæ-
 rerent, quippe annona parcissime & ex
 remotis locis afferebatur. Itaque Mis-
 sionarii labore manuum suarum labora-
 re cogebantur. Sæpe Infidelium immi-
 nentium metus, eos intra urbis mœnia
 cum indigenis se recipere compellebat,
 ubi arctissima erant omnia, & multo
 tempore opus erat, donec colligerentur
 copiæ repellendis hostibus pares.

§. XXXVII.

S. Bonifacius Episcopus.

Cum in hunc modum Owinfridus ali-
 quamdiu pio labori insudasset, uno
 suorum cum Epistola Romam misso, Pon-
 tifici Missionis suæ rationem reddidit, &
 in quibusdam rebus arduis consilium ex-
 petiit. Papa dato responso Owinfri-
 dum

dum invitavit, ut in Italiam rediret. Ille ^{Sæcul. VIII.}
 morem gessit & comitantibus aliquot ^{A. C. 723.}
 discipulis secundo Romam venit. Ubi
 ad Papam delatum, Sanctum Virum ad-
 esse, jussit, ut in Domo Hospitum omni
 obsequiorum genere foveretur. Tum
 ad se vocatum de Fide Ecclesiæ Catho-
 licæ interrogat. Petiit Owinfridus mo-
 ram, qua Confessionem Fidei suæ con-
 scriberet, eamque deinde attulit. Ela-
 psis paucis diebus reddidit eam Papa, &
 penes se considerare jussum hortabatur, ut
 hanc Doctrinam semper servaret, & alios
 doceret. Tota ferme illa dies inter
 mutua colloquia quæstionesque de Reli-
 gione & Infidelium conversione consum-
 pta est.

Tandem Pontifex propositum sibi esse
 aperuit, eum illis populis Pastore desti-
 tutis Episcopum dare. Obediit S. Pres-
 byter, & futuræ ordinationi præstituta
 Dies est ultima Novembris anno 723.
 S. Andreae sacra; simul Papa aliud ordi-
 nato nomen imposuit, quo orbi innotuit;
 nempe Bonifacium appellavit. Juramen- ^{Ap. Othlor,}
 tum quoque ab eo exegit, anno septimo ^{lib. I. 14.}
 Leonis Imperatoris, Indictione sexta, ni-
 mirum eodem anno 723. datum, quo
 promittit, se Fidei puritatem & unitatem
 Ecclesiæ servaturum, Summo Pontifici
 semper consensurum, ipsius & Ecclesiæ
 Romanæ Prærogativas defensurum, cum
 Epis-

Sæcul. VIII.
A. C. 723.

Episcopis Canones non observantibus non communicaturum, eos pro viribus cohibiturum, aut ad Papam delaturum. Hoc juramentum manu sua scriptum supra Corpus S. Petri deposuit; unde dispicitur, quod in Ecclesia Vaticani ordinatus fuerit.

Ap. Othlon.
c. 16. 17. &
tom. 6.

Papa vero S. Bonifacio dedit Librum Canonum, ut Prædicationis & Regiminis normam haberet, tradiditque sex Epistolas, quarum prima ad Carolum Martellum data erat. In ea Principis favoribus commendat Bonifacium Episcopum, ad Infideles, Rheni oras, ad Orientem positas, incolentes missum.

Conc. Ep. 2.
34. & c.
p. 1439. & c. 5.

Quippe Franci ultra hunc fluvium in Germania late dominabantur. Secunda Epistola directa est ad omnes Episcopos, Presbyteros, Diaconos, Duces, Comites, omnesque Christianos, quos Papa hortatur, ut Bonifacium & Socios ipsius benevole excipiant, alimenta & cetera omnia necessaria præbeant. Econtra Anathematis pœnam comminatur illis, qui ejus Ministerio adversari fuerint.

S. Bonifacius
Germaniæ
Apostolus.

Hæc Epistola primo Decembris anno 723. postridie Ordinationis Bonifacii data est, unde conjicere est, reliquas quinque eodem die fuisse datas. Epistola tertia directa est ad populum & Clericos, quos Bonifacius rectorus erat, & in ea præ-

præscribuntur Regulæ, quas eum in Mu-
 nere suo observare oportebat. Sunt ve-
 ro eadem de verbo ad verbum, quæ in
 Mandatis ad Bavaros anno 716. missis
 continentur. Epistola quarta data est
 ad Thuringios, & imprimis ad quinque
 Principes, qui singuli nominantur. His
 gratulatur Pontifex, quod Idolorum Cul-
 toribus se ad pristinam superstitionem re-
 vocantibus fortiter restitissent, ad perse-
 verantiam, & obedientiam Ecclesiæ Ro-
 manæ atque Bonifacio præstandam ex-
 hortatur. Epistola quinta data est ad to-
 tum populum Thuringiæ, id est, ad Infi-
 deles, quos Papa excitat, ut se conver-
 tant, Doctrinam Bonifacii recipiant, ba-
 ptizentur, Pastori suo Domum, & sibi
 ipsis Ecclesias ædificent. Ultima data
 est ad omnem populum priscorum Saxo-
 num. Ita appellabantur Saxones in Ger-
 mania, ut ab illis, qui in Magnam Bri-
 tanniam navigaverant, discernerentur.
 Hos Pontifex hortatur, ut Idololatriam
 abjiciant, eisque Bonifacium, quantum
 potest, commendat. Conjectura est,
 S. Episcopum qui populorum istorum in-
 dolem exploraverat, has Epistolas dicta-
 se, cum sciret, quantum bonum inde
 sperandum esset. (*)

§.XXXVIII.

(*) Deutschland ist nach Gott ohne Zweifel
 den

Sæcul. VIII.
 A. C. 723.

Sup. n. 27.

Sæcul. VIII.
A. C. 723.

§. XXXVIII.

S. Lambertus Leodium transfertur.

Sub illud tempus S. Huberto Episcopo Trajectensi ad Mosam plures visiones narrabantur, erantque qui dicerent, his

den heiligen Männern Rupert, Corbinian, Bonifacius nebst andern grossen Dank schuldig für ihre so beschwerliche als nützliche Arbeit, mit welcher sie das Licht des wahren Glaubens in diese Provinzen gebracht. Nichts destoweniger weil sie Mönche waren, und im ehelosen Stande gelebet, gehören sie nothwendig zu demjenigen Stande der Menschen, von welchem sich unser protestantische Uebersetzer in seinen Anmerkungen zu schreiben angemasset; es sey ein Stand, mit welchem Gott dem Herrn nicht gedienet werden kann, ja wohl gar ein Stand, welchem der heilige Paulus (er saget aber nicht in welchem Orte) schon längst einen Schandfleck angehänget.

Ferner waren diese heilige Heydenbekehrer in der Gemeinschaft mit der Römischen Kirche, sie waren von der Römischen Kirche zum Predigen berufen, sie lehrten nebst andern Glaubenslehren, daß man einem Römischen Pabste den Gehorsam schuldig sey. So sind also die Voreltern der Herren Protestanten in Deutschland, als solche den Glauben Jesu Christi angenommen, in der Gemeinschaft mit dem Römischen Stuhle gewesen, und dieses in einem Jahrhunderte, da die Römischen Pabste ihren Obergewalt in Orient

S. Lambertum Antecessorem ejus indi-
care, quod Trajecto Leodium denuo

trans-

Sæcul. VIII.
A.C. 723.
Sup. n. 16.
Act. SS. Be.
to. 3. p. 70.

und Occident ausgeübet, und in verschiedenen
Stücken der Lehre (nach der Meynung unsers Pro-
testantens) das Verderben schon längst eingeschli-
chen war. Warum haben sich denn also die Nach-
kömmlinge dieser ersten deutschen Christen von
der Römischen Kirche abgesondert, wenn wir auch
sehen, daß die Sitten der Geistlichkeit sich ver-
schlimmert, und einige Mißbräuche nicht, wie es
hätte geschehen sollen, abgeschaffet worden? Denn
wäre die Römische Kirche die wahre Kirche Chri-
sti nicht gewesen, so wären die Voreltern der Her-
ren Protestanten niemals Rechtgläubige gewor-
den; ist aber die Römische Kirche die wahre Kir-
che Christi gewesen, wie haben sich die Protestan-
ten im sechszehnten Jahrhundert von dieser Kir-
che absondern können, und dennoch Rechtgläubi-
ge verbleiben? Unser Uebersetzer, welcher saget,
das Verderben in der Lehre habe vor der Zeit
eines heiligen Bonifacii schon eingerissen, kann
auf dieses keine auch nur erträgliche Antwort ge-
ben. Allein es kann niemand darthun, daß die
Römische Kirche jemal einen irrigen Satz, und
der nicht in der heiligen Schrift wäre gegründet
gewesen, gelehret habe. Denn wie soll es ein
Protestant jemal erweisen? entweder durch die
Schrift, oder durch die Auctorität und das Zeug-
niß der Kirche? Durch die Schrift kann er es
nicht darthun, er hätte dann vorher erwiesen,
daß er den Sinn der Schrift besser verstehe als

Hist. Eccles. Tom. IX.

T t

die

Sæcul. VIII.

A.C. 723.

ibid. p. 81.

transferri vellet. Quippe miracula in illa domo, in qua interfectus fuerat, pertrata Fideles permoverant, ut ibi Ecclesiam ædificarent. S. Hubertus ne levitatis notam incurreret, re mature pensata, jejunium indixit, cumque Dei voluntatem sibi cognitam esse crederet, convocatis vicinis Episcopis Corpus S. Lamberti maxima pompa transfudit anno Pontificatus sui tertio, Incarnationis Dominicæ 721. quod sepultum est in ipso loco, ubi Martyrium passus fuerat. Ibidem postea devoti Fideles magnifici operis Ecclesiam ædificarunt, & magna, quibus Sepulchrum Sancti Episcopi effulgit, prodigia ingentem populi multitudinem attraxerunt. Ita Leodium seu *Liege* antea obscuri nominis pagus una *Leuca* in *Tungris* in amœna valle situs excrevit in amplam Civitatem, & deinde Sedes Episcopi

die Katholicken. Durch das Zeugniß einer Kirche auch nicht, denn ein Protestant kann sich nur auf die Schrift allein gründen. Zum Beispiel Luther und Zwinglius zankten sich wegen der Gegenwart Christi im heiligen Sacrament. Welcher hat recht? Welcher hat unrecht? Auf die Schrift beziehen sich beyde, und wird dadurch nichts entschieden. Ihr persönliches Zeugniß ist nur privat Personen, ist von keiner Erheblichkeit. Das Zeugniß der Römischen Kirche verwerfen zu können, und kein anders hat ihnen Gott geben wollen, die Welt aber geben können.

Episcopalis, sicut olim Tungris Traje- Sæcul. VIII.
ctum, ita tunc Trajecto Leodium trans- A. C. 723.
lata.

§. XXXIX.

Concilium Romanum.

Tempore quo S. Bonifacius adhuc in
Frisia versabatur, Gregorius II. Pa- to. Conc. p.
pa Romæ Concilium in Ecclesia S. Petri, 1455.
anno quinto Leonis Imperatoris, & Filii
ejus Constantini secundo, quinto die A-
prilis, Indictione quarta, anno salutis 721.
celebravit. Constantinus anno 719.
natus, cum in Festo Nativitatis Domini
a S. Germano Patriarcha Constantino- Theoph. p. 3.
politano baptizaretur, fontem Sacrum p. 335.
suis excrementis inquinavit, unde co-
gnomentum Copronymi sortitus est. An-
no sequente jubente Patre in die Resur-
rectionis trigesimo primo Martii coro-
natur.

In Concilio Romano præter Papam, Id. an. 4.
qui præerat, interfuere viginti duo Epis-
copi, & inter illos tres exteri, nimirum
Sinderedus Hispanus, qui, ut divimus, Sup. n. 25.
ex Archiepiscopatu Toletano fugerat,
Sedulius Scotus ex Magna Britannia, &
Fergustus Pictus ex Scotia. Omnes
quoque Clerici Romani aderant. Pon-
tifex ad Patres præfatus dixit, quod ali-
qui de populo Christiano Sacratas Deo
scæminas, & propinquas temere conju-

Sæcul. VIII.
A. C. 723.

gio sibi sociarent. Episcopi responderunt, omnes criminis hujusmodi reos sive Romanos sive Longobardos aut cujuscunque demum Gentis anathematis pœna esse emendandos. Tum Papa ante Beatissimi Petri Corpus sedens Sententiam, quæ Canones septendecim complectebatur, pronunciavit. In primo statuitur. Si quis Presbyteram in conjugium duxerit, anathema sit! & responderunt omnes tertio; anathema sit! Ita Episcopi ad singulos Canones responderunt. Presbyteræ autem dicebantur, quarum viri in Presbyteros ordinati fuerant, nec licebat eis alteri nubere, etiam marito defuncto. Qui duxerit Diaconissam, qui Monacham, qui commatrem spirituales, uxorem fratris sui, neptem, novercam, aut nurum, consobrinam, cognatam vel affinem, Anathema sit! Qui viduam, aut virginem rapuerit, Anathema sit! Anathema nominatim pronuntiatur contra quemdam Hadrianum, & Diaconam Epiphaniam, qui violata juramenti fide, conjugium illicitum intrare ausi fuerant. Atque Anathematis mus ad conscios quoque extenditur. Qui Hariolos, Aruspices consuluerit, qui incantatores observaverit, aut Phylacteriis usus fuerit, damnatur. Item qui Oliveta Ecclesiæ contemptis litteris Apostolicis usurpaverit, & demum Cleri-

c. 14. 15. 16.

c. 12. 13.

ci comam nutrientes. Huic Concilio Sæcul. VIII.
 non solum Episcopi, sed etiam Presbyteri A. C. 723.
 quatuordecim & Diaconi quatuor c. 17.
 subscripserunt.

§. XL.

Translatio S. Augustini.

Sub idem tempus, nimirum, ut creditur, Aff. SS. Be. to. 3. p. 437.
 anno Christi 722. cum ad aures Luitprandi Regis Longobardorum fuisset delatum, sepulchrum S. Augustini, cujus Reliquiæ tempore persecutionis Vandalicæ translatae fuerant, a Saracenis tunc in Sardinia dominantibus profanari, rei indignitate commotus, & Petri Episcopi Ticinensis hortatu impulsus, Legatos in Sardiniam cum magna auri argentique vi misit, qui Sanctissimi Viri Corpus redimerent, & Ticinum, ubi Rex residebat, afferrent. His mandatis perfectis, S. Augustini Reliquiæ depositæ Paul. Diacon. IV. Hist. c. 48. 58.
 sunt in Ecclesia Monasterii S. Petri, quæ Regis sumptibus extra urbem ædificata ab incolis *Cælum aureum* dicebatur. Verum jam Sæculo sequente a S. Augustino nomen nacta est. Translationis hujus memoria vigesimo octavo Februarii celebratur. Mart. Rom. 28. Febr.

§. XLI.

Pelagius Rex Asturicæ.

In Hispania, etsi Musulmanni ubique ferme rerum potirentur, in illo tamen
 T t 3 Regno

Sæcul. VIII. Regno sicut in ceteris eorum Ditionibus
 A. C. 723. Religio Christiana utcunque tolerabatur.

Sebast. Sal- Imo aliqua Christianorum pars ipsis rin-
mant. init. gentibus nunquam jugum subiit. Neme-
 pe in Asturiæ montibus Regem sibi ele-
 gerunt Pelagium Favilæ Filium e Regia
 Gothorum stirpe ortum, cujus Regni
 initium æra 756. seu anno Redemptio-
 nis nostræ 718. ponitur. Christiani ad As-
 tures fugientes Arculam Reliquiis ple-
 nam secum tulerunt, quam exinde tan-
 quam condendæ novæ Reipublicæ præsi-
 dium habuerunt. Narrabant hanc Ar-
 culam Heraclii Imperatoris & Sisebuti
 Regis temporibus Jerosolyma fuisse alla-
 tam, quam nempe Presbyter, nomine
 Philippus, ut eam a direptione Perfarum
 servaret, in Africam transvexisset, &
 Africa ab Infidelibus occupata quidam
 Episcopus, cui nomen Fulgentius, in Hi-
 spaniam & urbem Carthaginem novam
 Æra 659. seu anno 621. transtulisset.
 Diu abhinc eadem Arca Toletum dela-
 ta, ibi usque ad Musulmannorum ad-
 ventum fuit; tunc autem inde ablata
 & Oveti tanquam loco inter hos mon-
 tes tutissimo Æra 773. anno 735. de-
 posita.

Saraceni comperta Pelagii electione
 Alcamanum e Ducibus suis unum & Op-
 pam Episcopum Hispalensem Regis Viti-
 zæ filium, qui communicatis cum hoste
 clam

Sup. Lib.
XXXVII.
 §. 10.

clandestinis consiliis rem Gothorum ^{Sæcul. VIII.}
 pessumdederat, ad eum miserunt. Hi ^{A. C. 723.}
 munera deferebant, sequente validissimo
 exercitu. Ubi Pelagio nunciatum Bar-
 baros imminere, in cavernam, quæ ho-
 die *Cavadonga* dicitur, se recepit, quam
 illico hostium agmina undecunque in-
 cluserunt. Oppa Episcopus Pelagio ac-
 cedens dixit: *Non ignoras, Frater mi!*
universis Hispaniæ viribus Arabum vim
depelli non potuisse; quomodo ergo id te
posse speres ferarum more in specu lati-
tantem? Bonum, quod suggero, consi-
lium amplectere. Ad fœdera descende,
& omnibus tuis ditionibus frui tibi da-
bitur. Pelagius respondit: *Speramus,*
ex hoc parvo specu, quem vides, Salu-
tem Hispaniæ, Gothorumque potentiam
postliminio processuram. Deus castiga-
tos non abjiciet, sed Misericordiæ memor
erit. Hinc immanem Infidelium multi-
tudinem non formidamus.

His Episcopus ad Arabum exerci-
 tum conversus, inquit, *Movete gradum,*
vi opus est; nam isti homines ad pacem
habendam cogendi sunt. Ergo fundibu-
 larii imbrem lapideum effundunt, & va-
 rio armorum genere Christianos aggre-
 diuntur. Sed rupes, sub qua Christiani
 utpote Sanctæ Virgini Sacra pugnabant,
 excussos lapides sagittasque in Infide-
 les rejiciebat. Erumpunt Christiani, in-
 gentem

Sæcul. VIII. gentem Saracenorum stragem edunt, in-
 A. C. 723. ter alios Alcamanum huic bello præfe-
 ctum occidunt, Oppam Archiepiscopum
 capiunt, reliquos in fugam vertunt, ex
 quibus multi cum sub monte asylum qua-
 sivissent, immanis saxi mole, incertum
 qua vi, avulsa tum attriti, tum in sub-
 terfluentem præcipitati sunt. Tantam
 victoriam omnes Christiani prodigio si-
 milem habuerunt. Sub idem tempus
 Christiani profligarunt immissum agmen
 a Munuza, ex illis quatuor Ducibus u-
 no, qui primo Hispaniam sub jugum mi-
 serant, & in hac ipsa Provincia Asturiæ
 Arci Gionensi Præfecto. Ipse Munuza
 cæsus, ejusque copiæ usque adeo deletæ,
 ut nec unus Arabum superfuerit, in si-
 nu illorum montium, qui illa tempesta-
 te etiam Pyrenæi, æque ac illi, qui Fran-
 ciam ab Hispania dividunt, dicebantur.
 Tum vero Christiani colligi & congre-
 gari, devastatas urbes civibus replere, &
 Ecclesias restaurare cœperunt gratias
 Deo optimo agentes.

Eodem tempore tam pietatis quam
 Doctrinæ laude præstabant Fridericus
 Episcopus Accananus in Bætica, Urbanus
 Archiepiscopus Toletanus, & Evancius
 ejusdem Ecclesiæ Archidiaconus, medios
 inter Infideles veræ Religionis fortissimi
 Defensores.

At

At quidam Episcopus, nomine Anam-
badius, juvenis & optimæ formæ, jubente
Munuza Arabum Duce vivus flammis
traditus est. Hic Munuza, qui plures
Christianos neci dedit, ab illo Munuza,
de quo paulo superius loquebamur, al-
lius est.

§. XLII.

*Christiani sub Musulmannis persecu-
tionem patiuntur.*

Christiani etiam in Oriente persecu-
tionem patiebantur. Califa Soli-
mannus anno Hegiræ 99. Jesu Christi
717. e vita decessit, habuitque Succes-
sorem Omarum, propinquum suum.
Solimanno regnante Masalmas seu Mus-
sima frater ejus Constantinopolim obse-
dit; sed obsidionem solvere probrose
coactus est 15. Aug. 718. postquam tota
classis periit. Quod Græci S. Virginis
Intercessioni in acceptis retulerunt. Eo-
dem anno, cum validus terræ motus Sy-
riam concussisset, inde Califa Omarus,
captata occasione, lege promulgata ca-
vit, ut in urbibus omnes vino abstine-
rent. Idem multos Christianorum per-
vertit; nam Apostatas a dandis tributis
eximebat, & constantes in Fide morte
afficiebat. Hinc multi Martyrii Coro-
nam adepti. Item prohibuit, ne testi-
monium hominis Christiani contra Mu-
sulman-

Sæcul. VIII.
A. C. 723.Theoph.
p. 334.

Tt 5. fulman-

Sæcul. VIII.

A.C. 723.*Elmac. c. 15.*

fulmannum reciperetur, deditque ad Imperatorem Leonem Epistolam Dogmaticam, persuasurus, ut Religionem Mahometis amplecteretur. Quippe nemo Omaro superstitioni Mahometanæ addictior fuit. Ipse consuetudinem, juxta quam ejus Antecessores Ali anathema dicebant, abolevit. Post ejus mortem in ipsius intimo conclavi inventus est funis suspensus, quo orando defatigatus corpus sustentabat.

*Elmac. c. 15.**p. 77. v. Bibl.**Orient.**Dem/chal.**p. 191. &c.**Jahia. p. 741*

Christiani Civitatis Damascenæ Omarum adierunt, querentes, quod ejus Antecessor sibi Ecclesiam S. Joannis eripisset, cum magnum Musulmannorum templum conderet, & exhibentes Epistolam Chaledi, qui Musulmannorum nomine Damascum primus occupaverat, quibus fidem dabat, Christianorum Ecclesias nec claudendas nec destruendas esse. Omarus eandem pecuniam, nimirum quadraginta millia *Dinars*, quam Ovalidus dare voluerat, obtulit; sed Christiani eam accipere recusantes obtinuerunt, ut spatium, quantum Ecclesiæ fuisset, sibi redderetur, nam templum veteri Ecclesia majus erat. Id factum Musulmannis non probabatur, & aliquis eorum objecit, pacta cum Chaledo inita ad illam solum urbis Damasci partem pertinere, quæ acceptis conditionibus ultro deditioem fecisset, in altera vero civitatis

Sup. n. 12.

tatis Regione, quæ armata manu supera-
 ta fuisset, Ecclesiarum omnium possessio-
 nem Musulmannis vindicari debere. Post-
 quam diu multumque litigatum, inter
 partes convenit, ut possessio totius Ec-
 clesiæ S. Joannis Musulmannis compete-
 ret, ceteræ autem Ecclesiæ omnes Chri-
 stianis concederentur. Hoc pacto inito
 litteras hujus rei testes Omarus Chri-
 stianis dedit, quæ etiam ad Monasteria
 extra urbem & Ecclesias vicinas conven-
 tionem hanc extendebant. Ceterum
 Omarus, cum non plus annis duobus &
 mensibus quinque regnasset, anno He-
 giræ 101. Jesu Christi 720. fatis fun-
 ctus est.

Sæcul. VIII.
 A. C. 723.

Musulmanni.

Theoph. an. 4
 p. 336.

Successit *Yezid*, Abdelmerici filius,
 Solimanni frater, qui regnavit annis qua-
 tuor. Anno Regni ejus secundo extitit
 aliquis Sycophanta Syrus, qui dicens, se
 esse Messiam Filium Dei, Judæis illudit.

Elmac. c. 16.
 Theoph. ibid.

Exinde duobus annis elapsis, nimirum
 anno 723. huic non absimilis præstigia-
 tor Califæ Yezid flagitiose imposuit. Is
 erat Judæus ex urbe Laodicena in Phœ-
 nicia, habens domicilium Tiberiade,
 cognomento *Saranta Pechis*, id est, lin-
 gua Græca tunc vulgari quadraginta
 cubitorum, verisimiliter quod homo lon-
 ga statura esset. Ad Califæ conspectum
 admissus, cum nota ipsi esset Prineipis
 hujus levitas, locutus est in hunc mo-
 dum:

Id. conc. 7.
 Act. 5. tom.
 p. 386.

Sæcul. VIII.

A. C. 723.

dum: *Maxima, O Princeps! qua te depereo, Charitas me impellit, ut tibi aperiam modum facilem, quo tibi Regnum in annos triginta asseras.* Califa, cui vita, & voluptate nihil carius erat, respondit, *facturum se, quidquid suasset.* Tum Judæus: *Jube conscribi Epistolas, in omnes provincias imperii tui delegendas, in quibus mandata contineantur, ut omnes picturæ, quæ in Ecclesiis Christianorum sunt, sive in tabulis ligneis, sive in muris opere vermiculato, aut in vasis sacris deleantur, omnia Altarium ornamenta tollantur, sicut etiam omnis generis imagines, quæ in foris publicis ad decorandas civitates conspiciuntur.* Hunc articulum addidit nequam, ut odium singulare in Christianos tegetet. Califa fidem impostori habuit, & promissos sibi annos sperans missis in omnes provincias mandatis, Sacras Imagines ceterasque cujuscunque figuræ effigies destrui jussit. Christianis fugientibus, ne sanctas Imagines suis manibus delere cogerentur, Emiri seu Præfecti ad hoc mandatum curandum missi, utebantur opera Judæorum & Arabum, qui imagines comburebant, & vel illinebant parietes, vel picturam radebant. Anno sequente ille ipse Califa Yezid mortuus est, anno 724. Hegiræ 105. ejusque filius Ovalidus, qui demum

demum post annos viginti ad Regnum Sæcul. VIII.
 pervenit, Judæum parentis sui decepto- A.C. 723.
 rem probrosa morte sustulit. Proximus
 vero Yezidi Successor fuit Hichamus
 frater ipsius Abdelmerici filius, qui Sa-
 cras Imagines restitui concessit; ad ali-
 quas etiam Civitates Yezedi mandata
 necdum delata fuerant.

§. XLIII.

Leonis Isauri initia.

Imperatorem Leonem sub initia Regni Theoph. ans.
 Judæi admodum sibi infensum sense- 6. p. 336.
 runt. Nam anno 722. Regni sui sexto
 coegit, ut baptizari se paterentur. At
 ipsi deinde lavabant corpora quasi ab-
 stersuri Baptismum, & manducabant,
 priusquam Eucharistiam sumerent. Mon-
 tanistas quoque vi adegit, ut baptizari
 se sinerent, qui desperatione acti præsti-
 tuto die in Ecclesiis suis se ipsos concre-
 marunt. (*)

Idem Imperator offensus, quod pro-
 hibente Summo Pontifice Ecclesias in
 Italia, sicut in aliis locis faciebat, suis
 divitiis spoliare sibi non liceret, sæpius
 structis

(*) Tam in Judæos quam in Montanistas
 præter sanam rationem & Ecclesiæ Catholicæ
 Spiritum exarsit Leo.

Sæcul. VIII. A. C. 723. structis insidiis eum opprimere conatus est, & efficere, ut alius Papa ordinaretur. Cum quidam Centurio nomine Basilius, Jordanus Chartularius, & Joannes Subdiaconus cognomento Lurion de interficiendo Gregorio Papa conjurassent, Marinus ex Prætorianis Imperatoris & Dux Romæ brevi ante Constantinopoli missus, hoc facinus, ab Imperatore jussus, approbavit. Sed Marino subito Paralyti correpto, & discedere coacto, irritum evasit consilium. Porro Paulus Patricius in Italiam missus, ut Exarchi munere fungeretur, ejusdem conjurationis societatem inivit; verum ubi Romanis suboluit perfidia, Jordanum & Joannem Laurionem capite damnarunt, & Basilius in Monachum attonsus ad reliquos vitæ dies in Cella se inclusit.

Imperator Marino Successorem misit alium Ducem cum mandatis Papam deponendi; atque Paulus Exarchus collectas ex urbe Ravennate & exercitu, qui in castris erat, copias iter capessere Romam jussit. Tunc vero Longobardi ad tutelam Pontificis Romanis juncti immisum ab Exarcho agmen obsessis viis, qua Romam perveniri poterat, repulerunt.

§. XLIV.

Sæcul. VIII.
A. C. 723.*S. Bonifacii in Germania Labores.*

Interim S. Bonifacius Roma profectus cum Papæ Epistolis, & in Franciam ad Carolum Martellum delatus, accepit ab eo litteras ad omnes Episcopos, Duces, vit. c. 8. Inter. Bon. ep. 32. Comites, Vicarios, Domesticos, aliosque præfectos directas, ut hoc munitus præsidio libere, quo vellet, commeare posset. Igitur in Hassiam reversus ibi multis, qui Fidem jam prius receperant, impositione manuum Confirmationem contulit. At multos invenit sanæ Doctrinæ refractarios. Aliqui arboribus & fontibus sacrificabant, alii consulebant Aruspices & Divinatores, alii præstigias exercebant, carmina adhibebant, volatum & cantum avium observabant. Et aliqui equidem occulto, alii vero palam his superstitionibus serviebant. Qui ex tota mente conversi fuerant, S. Bonifacio consilium suggererunt, ut arborum enormis magnitudinis, quam Jovis Quercum nuncupabant, in eodem loco, quo hodie Civitas *Geismar* sita est, excinderet.

Magna Infidelium multitudo ad hoc spectaculum procurrit, multique secreto Deorum suorum hostem devovent. Sed ecce arbor securi aliquoties icta in
qua-

Sæcul. VIII. quatuor partes æquales diffilit; quod
 A. C. 723. Barbari prodigii loco habentes, & Deum
 benedicentes, crediderunt. S. Episco-
 pus ex ligno hujus Arboris Sacello S. Pe-
 tri ædificato, ex Hassia in Thuringiam
 migravit.

§. XLV.

*Danielis Episcopi Epistola Dogma-
tica.*

*ep. 67. inter.
Bon.* Ad hæc tempora referri potest Epistola
 Danielis Episcopi Vitoniensis ad Bo-
 nifacium Discipulum suum data, conti-
 nens monita de modo convertendi bar-
 baros. Dicit: *Falforum Deorum Genea-
 logiam non nisi oblique impugnabis. In-
 fidelibus tecum disputantibus dabis, Deos
 suos alterum ab altero conjunctione utri-
 usque sexus, more hominum, natos fuisse,
 ut hoc saltem capiant, illos non extitisse,
 priusquam nascerentur. Ubi eos compu-
 leris ad fatendum, quod Dii originem ha-
 buerint; amplius quæres, an credant,
 hunc Mundum, habuisse initium, vel semper
 extitisse. Si initium habuit, quis eum
 creavit? sane ante Mundi creationem lo-
 cum non invenient, ubi Dii geniti existe-
 re & habitare potuissent. Dum autem
 Mundum dico, non hanc modo terram &
 Cælum visibile accipio, sed etiam omnia
 spatia, quæ sibi Infideles imaginari pos-
 sunt. Si affirmant, Mundum semper ex-
 titisse,*

titisse, pluribus argumentis hunc errorem *Sæcul. VIII.*
 refellere satages, & interim interrogabis; *A. C. 723.*
 quis Mundum rexerit, antequam Dii gign-
 erentur, & quo pacto Mundum, ante-
 quam ipsi essent, semper existentem sibi
 subicere potuerint.

Quæres, quid sentiant, unde primus
 Deus & prima Dea ortum traxerint? an
 Dii Deaque hodieum alios procreent?
 vel an non amplius pariant, postquam ces-
 sarunt? si hodieque generant, ergo Deo-
 rum infinitus est numerus. Nesciunt ho-
 mines, quis eorum sit potentissimus, & res
 periculo plena est, Deum illo, cui servitur,
 majorem lædere. Quæres, an credant,
 Diis serviendum esse pro felicitate præ-
 senti & transitura, vel pro futura &
 æterna. Si pro felicitate præsentis vitæ
 serviendum; edicant, qua in re Deorum
 Cultores hodie Christianis feliciores sint.
 Quid profint Diis Sacrificia, cum omnia
 in ipsorum potestate sint. Cur patiantur,
 ut homines habeant, unde Diis dona affer-
 re possint. Si indigent aliquo, cur sibi
 ipsis optima quæque non sumant. Si nullo
 indigent, ergo ejusmodi sacrificiis placari
 frustra creduntur.

Hæc & similia ipsis non insultando, sed
 magna animi moderatione objicies. Sub-
 inde turpissimas superstitiones cum Do-
 Hist. Eccles. Tom. IX. Uu etri-

Sæcul. VIII. *Erinæ Christianæ sublimitate confertes, et*
A. C. 723. *Idololatræ non irritentur, sed potius salu-*
taris pudor ultro subeat, si, quam absur-
dæ sint & inficetæ opiniones suæ, intuentur,
& ne putent, nos eorum fabulas at-
que Ritus abominandos ignorare. Inge-
res etiam: Si Dii omnipotentes sunt, &
justi, utique sibi seruietes remunerantur,
& etiam se contemntes puniunt; si ve-
ro utrumque in hac vita faciunt, quam
ergo parcunt Christianis, qui homines,
quotquot possunt a Deorum cultu abstru-
bunt? unde fit, quod Christiani terras
fertiles possideant, quæ vino, oleo & omnis
generis fructibus abundant, Gentibus ve-
ro eorumque Diis nihil reliquerint, nisi
solum glacie rigens, ubi adbuendum regna-
re dicuntur, ex reliquis orbis partibus eje-
cti? Sæpe ipsis ante oculos ponenda Mun-
di Christiani amplitudo, si cum paucitate
eorum comparetur, qui in antiquo errore
permanent. Ne vero Deorum suorum
Regnum tanquam legitimum jactent, quod
eorum natio illos semper adoraverit, edo-
cendi sunt, quod olim Idololatria toti
Mundo fuerit dominata, donec per JESU
Christi Gratiam Deo reconciliatus fuerit.
 Hæc sunt Monita Danielis Episcopi
 Bonifacium.

§. XLVI.

Sæcul. VIII.

A. C. 724.

Utiles S. Bonifacii conatus.

Ex pluribus aliis epistolis cognoscimus, S. Bonifacium cum amicis suis in Anglia commercium epistolare excoluisse. Interim in Thuringiam pervenerant, ubi Principes & populi Duces excitabat, ut ad Religionem Christianam, quam abjecerant, redirent. Hæc enim a Theodoro Clodovei filio, cum hanc Provinciam armis subegit, invec̄ta fuerat; sed Auctoritate Regum Franciæ deficiente, atque Thuringia a Tyrannis oppressa & devastata, populi se Saxonum imperio subjecerant.

vit. cap. 8.
Greg. III.
hist. c. 49.

Præterea sub pelle ovina lupi, id est, falsi fratres, sub nomine Religionis Hæresin introduxerunt. Quatuor præ ceteris pessimæ vitæ homines plurimum negotii S. Bonifacio creabant, aliosque in eum excitabant Adversarios, quos omnes Vir Sanctus armis veritatis munitus fortiter confutavit. Igitur in illis populis renata est Fides, & messis multa fuit, quamvis pauci essent operarii, qui nihilominus maxima rerum ad vitam necessariarum inopia laborantes, ad extremam famem propemodum redigebantur. Verum tamen aucto Fidelium numero, etiam Missionariorum numerus crevit.

U u 2; Itaque

Sæcul. VIII.

A. C. 723.

Othlo lib. I.

c. 23.

Itaque brevi tempore Ecclesiæ repa-
rata, & Monasterium in loco, quem lin-
gua vulgari *Ordorf* appellabant, ædifica-
tum hac occasione. Cum S. Bonifacius,
prædicans & baptizans in Thuringia, in
ripa annis Or læ tentoria fixisset, qua-
dam nocte in castris subito serenissima
lux conspecta est, apparuitque ei S. Mi-
chael, eundem in proposito confirmans.
Postquam mane in eodem loco Missam
celebrasset, illius loci Dominum roga-
vit, ut sibi eum donaret, quo obtento,
terram prius incultam arare cœpit, ac-
que extruxit Ecclesiam in honorem S. Mi-
chaelis cum Monasterio, in quo Mona-
chi de labore manuum suarum vivebant.

§. XLVII.

Epistola Papæ ad S. Bonifacium.

Inde S. Bonifacius datis ad Gregorium II
Papam Litteris Missionis suæ rationem
reddidit & obstacula enarravit. Papa
respondit, epistola octavo anno Impera-
toris Leonis & Constantini quinto, In-
dictione octava, die quarto Dec. id est
anno 724. data, in qua præter alia dicitur
*Non te terreant hominum mina, nec tri-
mor dejiciat. Deus te tuebitur, in eo so-
lo confide, veritatem enim prædicas. Quo-
spectat ad Episcopum, qui hucusque hanc
Nati*

Greg. ep. 8.
to. 6. Conc.
p. 1446.

Nationem erudierat, & modo contendit, aliquam ejusdem populi partem suæ esse Diæcesis, datis ad Carolum Patricium literis eum affectu paterno hortati sumus, ut illum reprimat, & speramus, id etiam certo effecturum.

Sæcul. VIII.
A. C. 724.

Post biennii spatium Gregorius II. alteram Epistolam ad S. Bonifacium dedit, ut responderet ad ejus litteras a Presbytero *Denval* sibi allatas, in quibus de quibusdam Disciplinæ Articulis consulebatur. Hujus Epistolæ Decretalis præcipui Canones sunt sequentes. Prohibere oporteret Matrimonia inter cognatos quamdiu se agnoscunt affinitate propinquos. Sed quia temperantia magis, & præsertim in tam barbara gente, placet, quam districtio censuræ, concedendum est, ut post quartam generationem jungantur.

Greg. ep. 13.
to. 6. Conc.
p. 1448.

c. 1.

c. 2.

Si mulier infirmitate correpta in perpetuum non valuerit debitum viro reddere, ille possit aliam ducere, non tamen subsidia necessaria subtrahat ab infirma. Hæc sententia Papæ in rigore accepta Evangelio & S. Paulo adversaretur, sicut Gratianus notavit; unde hodieque hic Canon tanquam indulgentia singularis Germanis his Neophytis concessa habetur. Tum Papa prosequitur: Infantes a Patre vel Matre sub Regulari Disciplina

32. quæst. 7.
quod pro-
pos.
Epistola De-
cretalis Gre-
gorii II.
c. 7.

Uu 3 na

Sæcul. VIII.
A. C 726.

na traditi, postquam pubertatis impleverint annos non egrediantur, & matrimonio copulentur, cum illa oblatione Deo consecrati sint. Si Sacerdos a populo fuerit accusatus, & certi non adsint testes, jurejurando purgare se possit.

c. 3.

Congruum non est in Missarum Solemnis duos vel tres Calices in Altari ponere, sed unicum, cum legamus, Jesum Christum Calicem accepisse. Hinc dispicimus causam, cur secundum Ordinem Romanum mos fuerit consecrandi unicum calicem, etiamsi maxima adesset

c. 5.

Sup. lib.
XXXVI.

§. 19.

c. 6.

c. 10.

c. 12.

Fidelium frequentia. Non licet edere carnes immolatas, etiamsi super eas formetur vivificæ Crucis signum. Leprosis Dominici Corporis participatio tribuatur, sed cum sanis convivia celebrare prohibeantur. *Item, cum Presbyteris & Episcopis, inquit Papa, quorum mores corrupti sunt, & scandalizant, colloqui & mensam communem agere non recusetur. plerumque enim contingit, ut quos correctio Disciplina tardos facit ad percipiendam veritatis normam, blanda in conviviis admonitio ad viam justitiæ reducat. Id ipsum autem & in illis Proceribus, qui tibi adjutorium præstant, observare debetis.* Hæc Decretalis data est decimo Calend. Dec. anno decimo imperii Leonis a Deo coronati & Constantini septimo

mo, indictione decima, id est, die vige-Sæcul. VIII.
 simo secundo Nov. anno reparatæ Salutis A. C. 726.
 septingentesimo vigesimo sexto. (*)

§. XLVIII.

*Epistola S. Bonifacii ad Danielem
 Episcopum.*

Sanctus Bonifacius ab Episcopo Daniele *Bonif. ep. 5.*
 Seniore suo propter Episcopos Scandalum dantes & Seductores, qui Prædicationi multum obstabant, data epistola consilium expetiit. *Non nulli, inquit, abstinent a carnibus, quas dedit nobis Deus, atque etiam a pane & reliquis cibis,*
 Uu 4

(*) In Actis Conciliorum Edit. Paris. legitur sequens Adnotatio P. Jacobi Sirmondi S. J. *Hanc Epistolam Gratianus Gregorio III. attribuit, quotiescunque illius Testimonio utitur, ut 2. Quæst. 5. Presbyter &c. Idemque sentire videntur Hincmarus epist. 7. cap. 15. & 18. & Ivo part. 8. cap. 78. cum Gregorio Juniori adscribunt. Hoc enim nomine Gregorium III. intelligere solebant. Sed quo minus huic tribui possit, reclamant in epistolæ subscriptione annus decimus Leonis, & Indictio X. quæ congruunt anno Christi 726. quo anno Pontifex erat Gregorius II. & non Gregorius III. qui ante annum 731. Sedem non obtinuit. Quare Gregorio II. asserenda est.*

Sæcul. VIII.
A. C. 726.

bis, & solummodo lacte & melle nutritur. Aliqui affirmant, homicidas & adulteros in peccatis suis perseverantes, in Presbyteros ordinari posse; quæ doctrina plurimum nocet populo, semper prono audiendos Doctores indulgentes. Cum in Aula Francica præsidium nobis parare debeamus, non possumus devitare communionem civilem istorum hominum, sicut Canones præcipiunt; veruntamen in celebratione Missæ cum ipsis non communicamus, nec consilia eorum requirimus. Super his rebus consilium tuum expeto, nam, nisi Francorum Princeps me tueatur, nec populum regere, nec Presbyteros, Monachos, & Dei famulas defendere, nec Gentium Ritus & Idololatriam in Germania prohibere valeo.

Sup. S. 36. Interim in animo angor, ne hæc communitio peccatum sit; nam memini, quod in die Ordinationis meæ Gregorius Papa ad jusjurandum supra Corpus S. Petri me compulerit, me Communionem hujusmodi hominum, quos ad frugem reducere non possem, fugiturum.

Præterea rogo te, ut mihi mittas librum de Propbetis, olim ab Owinberto Abbate, Magistro meo, moriente relictum, ubi sex Propbetæ in eodem volumine litteris grandibus descripto continentur. Nihil est, quod mihi jam seni majore meo solati

tio mittere possis; nam in hac Regione si- Sæcul. VIII.
milem librum invenire non est, & cali- A. C. 726.
gantibus oculis jam litteras exiguas & in-
nexas discernere nequeo. Ex chartis & V. Diplom.
manuscriptis illius ætatis dispicitur, quam l. V.
difficiles lectu fuerint scripturæ vulgares S. Bonifacii
ob implexas litteras, & inde, cum con- Epistola.
spicilla nostra necdum essent inventa,
quamprimum oculorum acies hebesce-
ret, majoribus litteris opus fuisse. S. Bo-
nifacius prosequitur in hunc modum:
Interim per manus Forteri Presbyteri mit-
to tibi munuscula, Casulam, quæ non ex
toto est serica, sed ex parte pilis caprinis
texta. Item mantile longis pilis ad de-
tergendos pedes tuos. Ceterum consola-
tur virum, quod cæcus esset.

Habemus Danielis Episcopi Epistolam ap. Serr.
responsoriam, in qua & ipse vicissim Bo- p. 299.
nifacium solatur, suadetque, ut exempla ap. Bar. an.
Sanctorum virorum sequatur patienter 672. n. 63.
tolerando, quæ corrigere non possit.
Quod spectat ad Presbyteros homicidii
reos, inquit, cum eis secundum Canones
non nisi ad mortem præbenda sit Commu-
nio, etiam postquam pænitentiam egerint,
quomodo eis cura animarum committi pos-
sit, si in crimine perseverent? Adulter
vero necdum pænitens, quo pacto Sacerdo-
tii munere fungatur, a quo ille, qui vi-
duam, vel qui alteram prima defuncta uxo-

Uu 5 rem

Sæcul. VIII. *rem duxit, secundum Sancta Decreta ar-*
 A.C 726. *cetur? Ceterum a falsis fratribus in com-*

munione rerum corporearum separari non
 i. ad Cor. *potes, nisi ex hoc Mundo exiveris, ut lo-*
quitur S. Paulus. Sufficit, si in Oblatione
Sacra non communices. Affert deinde

Regulas a S. Augustino traditas, ut tole-
 Sup. l. XX. *rentur mali, quos emendare non possi-*
 § 45. *mus, ne Ecclesiam sub prætextu em-*
purgandi in partes scindamus. Horta-
tur denique, ut in medio populorum bar-
barorum positus in aliquibus conniveat.

S. Bonifacii fama jam tunc in mayo-
rem Europæ partem pervaserat, & ubi-
que de laboribus ejus Apostolicis sermo-
nes miscebantur; quod multos Dei Ser-
vos invitavit, ut ex Anglia in Germaniam

navigarent. Inter hos fuere Lectores,
 Willib. vita. *aliique alias artes callentes, quorum*
 c. 8. n. 24. *aliqui Institutum Monasticum amplexi*
Germanos a Cultu Idolorum revoca-
runt; quippe in diversa abeuntes in

Thuringia veram fidem præ-
dicabant.

FINIS TOMI IX.



INDEX